



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini  
Nostri Iesv Christi Passione**

**Piatti, Domizio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

Sexta Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

derationibus, in quibus de Passione Redemptoris nostri effectibus, deque fructibus ex eadem Passione colligendis tractatio instituenda erit, alij quoque elucidandi sint: quoniam ex effectu, intelligitur, qualis fuerit intentio, & ex fructu, qualis voluntas eius, qui beneficium stat.



## CONSIDERATIO

S E X T A.

### DE EFFECTIBVS PASSIONIS AC MORTIS Christi.



*P* xpensis haecenus qualitatibus, circumstantiis, & causis dolorum atque imperiorum Dominica persequatur ac necis, restat nunc, ut de effectibus eadem Passionis differamus, & contemmur summum honorem, quem per illum Christus Servator noster sibi acquirit, & eximios triumphos quos retulit claram praeterea principalium attritorum suorum quae in ea demonstrantur manifestationem. Quaequam enim haec



Etenu pro occasionum varietate, aliquā eorum varijs in locis partem tractauerim, attamen decet nos specialiozem atque distinctiozem de illis mentionem facere, vt, quanto clariozem atque apertiozem de virtute huius sacratissima passionis notitiam adepti fuerimus, tato magis in nobis beneficij huius aestimatio, & erga tam eximium benefactorem gratitudo, augeatur.

DE SVMMAPOTENTIA, QVAM CHRISTVS Servator in Passione sua demonstravit: quæ fuit eiusdem Passionis affectus.

CAPVT I.

**T**AM magna, eximia & perfecta sunt DEI opera, speciatim perpeffionis ac necis vnigeniti filij eius, vt oculo carnis ac sensus perui- deri & penetrari nequeat, que admodum testatur Apost. *Animalis, inquit, homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus DEI.* Opus est igitur, cum eodem Apost. DEI Patris auxiliū implorare, vt ipse celesti lumine in-

Quis ad intelligendā Christi crucifixi potentiam idoneus sit.

1. Cor. 2.

Gg ne in-



ne internos animæ oculos illustret, ad-  
 tuendas & penetrandas Christi excellen-  
 in maxima opprobriorum & ignominiarum  
 sanctissimæ Passionis eius ecclipsi, recob-  
 tas. *Flecto* (inquit ille, q̄ & nos cū illo dū-  
 mus) *genū mea ad Patrē Domini nostri Iesu*  
*Christi, vt det nobis secundū diuitias gloriæ*  
*virtute corroborari p̄ spiritū eius, in interio-  
 hominē &c.* Nā si absq; gratiā Dei & Spiritus  
 S. illustratione nō possum⁹ sanctissimū illū-  
 sv nomē p̄ferre, multò minus poterimus  
 S. Crucis mysteria, illiusq; excellentia  
 triumphos intelligere, nisi à benigna Dei  
 manu, misericorditer huius diuinæ loci  
 pars aliqua nobis suppeditetur. Huius  
 go ope cōfisi, in hoc cap. expēdemus, quō-  
 toperè diuina potētia & fortitudo Christi  
 in medio infirmitatis & debilitatis excō-  
 suorum tormentorum eius resplendat, atq; triumphet.

Ephes. 3.

I.  
 Christus in  
 passione sua  
 monstrauit  
 omnipotē-  
 tiam.

PRIMO igitur cōsidera: videri quidem  
 Christū in Cruce & Passione sua nihil habere,  
 quo diuinitatē suā demonstrat, quā-  
 potius omnia q̄ in ipsa cernūtur, p̄fecti-  
 simę Dei naturę prorsus aduersari: quā-  
 DEVS sit sūma fœlicitas, dum Passione  
 offert, sūmā ostēdit miseriā: & cū sit sup-  
 mus & absoluēs Dñs omnium rerū creatur,  
 in Passione omnibus subijcitur, atq; ab  
 omnibus affligitur & cruciatur: cū demum  
 sit æternus, immortalis & impassibilis, in  
 Cru-



Cruce nihil aliud cernim⁹ nobis rēp sētari,  
 q̄ extremos dolores & mortē acerbissimā.

CONSIDERA inq̄, nihilo fecius hāc Christi  
 Passionē, esse opus illo dignū, in quo excel-  
 lēntissimē relucet esse diuinū, & DEI omni-  
 potētia: q̄a dum patitur, nō necessitate sed  
 volūtate patitur: idq̄, quādo & quantū ipsi  
 placuit: qui effectus, est infinite potētiae.

Vnde S. Bern. in illa S. Ioannis verba, *Et in-*  
*clinato capite tradidit spiritū:* ait: *Quis tam fa-*  
*cile, quando vult dormit? magna quidem infir-*  
*mitas mori, sed planē sic mori virtus immensa.*

Ioan. 19.  
 Serm de  
 Pass. cap. 19.

SECUNDO expēde, q̄ diuina virtus & po-  
 tētia illa fuerit, q̄ Christus in vociferatio-  
 ne demōstrauit, cum qua animā emisit: *Et*  
*clamās, inquit Euang. voce magna expirauit:*  
 quia mori post tā validū clamorē, vti rectē  
 S. Hierō. argumētatur, est clarū & euidens

II.  
 Christus in  
 morte voci-  
 ferans ma-  
 gnā ostēdit  
 potētiam.  
 Matt. 27.  
 Marc. 15.  
 Luc. 23.  
 In cap. 26.  
 Matth. 27. ca  
 10. Marc.

signū diuinæ potētiae: *Diuina, inquit, pote-*  
*statū indicium fuit, spiritū sic mittere: nos cū ima-*  
*voce, vel sine voce emorimur, qui de terra sum⁹:*  
*ille verò cū exaltata voce expirauit, qui de cælo*  
*descēdit.* Neq; tantū hac voce ostēdit Chri-  
 stus effectum suæ diuinæ potētiae, & do-  
 minium q̄ habebat in mortē, demonstrā-  
 do se totum virtute propria efficere, vti S.

Hom. 89 in  
 Matth.

Chrysof. affirmat dicens: *Ea propter voce*  
*magna exclamauit Dominus vt ostenderet, sua*  
*totum id fieri potestate.* verumetiā alijs mul-  
 tis signis & miraculis, quę illam secuta fue-  
 runt: quia sicut in horto cum Passionem

Gg 2 suam



**Ioan. 18.**

suam auspicaretur, voce, quæ est debili-  
fima pars hominis, suam voluit mon-  
re potentiam, efficiendo vt sola huius vo-  
cis, *Ego sum* prolatione, hostes eius retro-  
sum vnus supra alium in terram corru-  
rent: ita quoque in fine vitæ, voluit ad-  
randa diuinæ virtutis suæ, signa, in eadem  
voce, videri: emittendo simul cum ex-  
mo halitu clamorem quendam, tantæ po-  
tiæ ac virtutis, vt Solé obscurauerit, ter-  
tremore cõcussisset, petras disciderit, mo-  
numenta aperuerit, mortuos resuscitauerit,  
Infernum terrore cõpleuerit, oraculis vo-  
cæ abstulerit, & alia admiranda multa ob-  
cerit: vt propterea Origenes dixerit, vobis  
hanc sicut altis ac sublimibus mysteriis  
plena fuit, ita quoque nobilium & admi-  
randorum effectuum causam extitisse.

**Origenes.****III.**

Demonstra-  
uit Christus  
potentiã suã  
in boni La-  
tronis, Cen-  
turionis &  
aliorum cõ-  
uersione.

TERTIO reuolue tecum, ingetem Chri-  
sti potentiam in conuersione Centurio-  
nis, Latronis ac multorum aliorum, qui in  
Cruce existente crediderunt: quia in  
multo excellentius diuinã virtutem suam  
ostendit, quã in omnibus alijs miraculis  
cõuersionibus Passionẽ antegressis. Quod  
enim ante perpeffionẽ suam plurimos con-  
uerterit, inde id factum est, quia cum ho-  
militate prædicationis coniunxit Maiefta-  
tem, & cum verbis efficacibus, aspectum  
radiorum diuinorum adeo penetrantem, vt  
mirum



CONSIDERATIO VI. 465

mirum videri non debeat, nonnullos ab  
 ijs illuminatos & calefactos credidisse, &  
 verè conuersos fuisse: at in Centurionis,  
 aliorumque ipso in Cruce pendente, con-  
 uersione, longè alium tenuit methodum:  
 quia non offendit in se Maiestatem & ex-  
 cellentiam vllam, sed summam potius vi-  
 litatem ac miseriam: non fuit vsus verbis  
 ad persuadendum compositis, sed solis ge-  
 mitibus: non adhibuit fauores, sed terro-  
 res, terræmotus, ac tenebras: vt nihilomi-  
 nus extremum spiritum inter tot dolores  
 exhalaturus, ita astantium corda penetra-  
 uit atque concussit, vt non modò prorsus  
 attoniti ac stupefacti remanserint, verum-  
 etiam multi eorum à timore ad amorem  
 transferint, & cõfessi fuerint, eum qui mo-  
 riabatur esse verum DEI filium: dicentes: *Marc. 15.*  
*Verè hic homo filius DEI erat.* Quamobrem  
 vt S. Lucas affirmat, conuersi atque con- *Luc. 23.*  
*triti, reuertebantur percutientes pectora sua.*

QUARTO, considera, qualis ea virtus ac **IV.**  
 potentia fuerit, quam Saluator noster in *Christus in*  
 Cruce monstrauit, dum in illa dæmonem *Cruce dia-*  
 superauit: & morte sua mortè deuicit, spo- *bolum &*  
 liando eam suis armis, & liberando electos *mortem deu-*  
 suos ex manibus eius: *De manu mortis libe-* *uicit.*  
*tabo eos: de morte redimam eos.* Nã cū vide- *Ose. 13.*  
 retur à morte & diabolo superat⁹ esse, tūc  
 tam insignem de illis victoriam reporta-  
 uit,



*Origen. hom.* uit, vt moriens rectè à SS. Patribus con-  
*17. in ca. 49.* paretur fortissimo leone, sic enim inte-  
*Gen.* pretantur locum illum Geneleos: *Ad pro-*  
*S. Ambros.* *dam fili mi ascendisti, requiescens accubisti in*  
*Bened.* *leo: Nam (sicut Anastasius Sinaita ait) quoniam*  
*Patriar.* *admodum Leo, etiam cum dormit, terribilis est*  
*S. Aug. lib.* *sic mors Dominica terrori fuit, tum mortis, tum*  
*26. de ciuit.* *diabolo. Et S. Gregorius, ingentem huius*  
*DEI.* *potentiam Christi in morte considerans*  
*Gen. 49.* *ait: Vt leo requiescens accubuit, quia in morte*  
*Anast. quest.* *spontè subiuit. Quare Christus moriens*  
*103. ad An-* *vicit mortem, & diabolum cum afflictis*  
*tiochum.* *suis constrinxit, vt liberè dicere potuerit*  
*S. Gregor. in* *O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferni.*  
*4. ps. pœnit.*  
*Ose. 13.*

## V.

*Demonstra-*  
*uit Christus*  
*potentiam*  
*suam in ho-*  
*mine per*  
*Passionem*  
*renouando.*

QUINTO expende tecum, Christum  
 quoque ingentis potentia suæ effectum  
 demonstrasse in reformando ac renouan-  
 do homine per Passionem, non tantum  
 quia vt SS. Patres volunt, maius est (si est)  
 maius aliquid in DEO esse potest) reducere  
 hominem peccatorem à peccato ad gratiam  
 quam de nihilo eum creare: verum etiam  
 propter modum, quo DEVS in opere hoc  
 per Passionem perficiendo usus est; qui  
 voluit contumelias suas ad nostrum ho-  
 norem, redundare: vincula sua, nostrorum  
 scelerum nexus dissoluere: suas afflictio-  
 nes nostrum solatium: & suas derelictio-  
 nes nostrum esse auxilium: vestimenta  
 sua, nos immortalitate & gloria vellere.

fame

fame  
 vt su  
 strun  
 necer  
 Vnd  
 stra s  
 ment  
 ad po  
 fecit  
 S  
 pote  
 nis &  
 cont  
 Matr  
 illam  
 nauis  
 liqui  
 port  
 duct  
 sacra  
 perfe  
 plar  
 D  
 tort  
 in se  
 simu  
 tori  
 uin  
 cif  
 lis



famem & sitim suam nos satiare ; atque  
 ut summatim dicam , suos dolores no-  
 strum esse gaudium, & suam Passionem ac  
 necem nostram esse vitam & gloriam.  
 Vnde S. L E O Papa ait . *Passio Christi no-*  
*stra salutis continet sacramentū: & de instru-*  
*mento , quod iniquitas Iudaorum parauit*  
*ad pœnam, potentia Redemptoris gradum nobis*  
*fecit ad gloriam.*

*Serm. 4. de*  
*Ras. Domo*

SEXTO considera, Christum quoque  
 potentiam suā in Cruce ostendisse, in do-  
 nis & gratijs singularib⁹, quas in ea nobis  
 contulit: primum enim cunctis fidelibus  
 Matrem suam sanctissimam donauit, dum  
 illam S. Ioanni in Matrem his verbis assignauit.  
*Ecce mater tua.* Hoc autem dono reliquit  
 nobis securum in tempestatibus portum:  
 certam in huius mundi semita ductricem:  
 in rebus dubijs consiliariam, sacræ doctrinæ  
 Euāgelicæ Magistram, & perfectissimum  
 omnium virtutum exemplar.

VI.  
 Ostendit  
 Christus in  
 Cruce potē-  
 tiam suam  
 in donis &  
 gratijs, quas  
 in ea pendē-  
 nobis con-  
 tulit.  
*Ioan. 19.*

Deinde in ea inimicis suis, à quibus  
 tortus & crucifixus fuit ( quantum  
 in se erat) omnem donauit iniuriam, &  
 simul in illis, omnibus mundi pecca-  
 toribus: imo videns paratam esse di-  
 uinam iustitiam, ad tortores & cru-  
 cifixores suos ferendos, orauit pro il-  
 lis dicens . *Pater dimitte illis, quia ne-*  
*sciunt.*

*Luc. 23.*

Gg 4 sciunt



sciunt quid faciunt. Tum quoque imperavit in illa omnibus hominibus, quantum se erat, regnū cœleste, cum ad bonum Le tronem ait: *Hodie mecum eris in Paradiso*. Et qua promissione intelligi potest, crucē tam fuisse tribunal iustitiæ, quam regni thronum summæ potentiæ, in qua tam signes gratiæ conferebantur. Vnde S. Leo Papa de hac promissione loquens rectè loquit. *Excedit humanam conditionem ista promissio, nec tam de ligno Crucis, quam de throno editur potestatis.*

*Ibid.*

*Serm. 2. de Pass.*

VII.  
Demonstravit Christus potentiam in Cruce, dum ad se omnia traxit.  
*Ioan. 12.*

SEPTIMO expende tecum, potentiam, quam Christus in eadem Cruce demonstravit, dum in ea pendens atque confixus omnia ad se traxit, iuxta illud eiusdem Christi dictum: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. Traxit enim primo ad se omnes creaturas sensus expertas, quia illæ tanquam opera manuum eius, signis atque prodigijs admirandis testificatæ sunt, eum qui in Cruce pendebat esse verum Dominum suum. Traxit deinde Angelos ad se, quoniam effectit, ut qui hæcenus semper, DEVM in altissimo Maiestatibus throno adorabant, modò illum hominem effectum in throno Sanctæ Crucis adorarent. Traxit etiam homines ad se, quia virginis exemplo puritatis & innocentie lux  
Marty-



CONSIDERATIO VI. 469

Martyres exemplo patientiæ; Confes-  
sores exemplo doctrinæ & perseueran-  
tiæ; viduas & coniugatas exemplo sanctif-  
simæ & integerrimæ vitæ suæ allexit. Tra-  
xit denique vniuersum mundum ad se, ex-  
emplo ingentis humilitatis, caritatis &  
obedienciæ, eumque ad se pertractum re-  
staurauit: iuxta illud Apostoli. *Instaurauit* Ephef. 1.  
*omnia quæ in calis, & quæ in terra sunt.*

CONSIDERA ergo tantam fuisse  
Christi in Cruce potentiam, & talia illius  
signa, quæ in Passione ostendit, vt rectè  
dixerit Habacuc Propheta. *Cornua in ma-* Habac. 3.  
*nibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius:* in-  
telligendo per cornua, vti SS. Patres inter-  
pretantur, brachia S. Crucis, quæ manibus  
tenendo dum illis affixus esset, summam  
fortitudinem & potentiam suam ostendit.  
*Ibi abscondita est fortitudo eius.* Vnde sanctus  
Leo Papa prudenter monet, vt in Domi-  
nica Passione non solum defigamus ocu-  
los in humanam Christi firmitatem, sed  
etiam contemplemur brachium diuinæ  
illius potestatis, quæ duo admirabili mo-  
do in Christo simul sociata fuerunt: *Di-* Serm. 1. de  
*lectissimi,* inquit ille, *in toto ordine dominica* Pass.  
*passionis, non ita infirmitatem consideremus hu-*  
*manam, vt illic arbitremur potentiam defuis-*  
*se diuinam.* Et alio in loco breuem epilo-  
gum laudum S. Crucis contexens, exclam-  
mat.

Gg 5 mat.



Serm. 8. de  
Pass.

mat. O admirabilis potentia Crucis: & ineffabilis gloria Passionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi.

Denique dicere possumus cum Davide Propheta, Dominum quidem infinita misericordia sua impulsam per Passionem Crucem suam nos saluasse: at nihilominus tam ingentia fuisse mirabilia, quæ in hac Passione sua operatus est, ut videatur tantummodo signum aliquod manifestum diuinæ potentiae suæ relinquere voluisse.

Psalm. 105.

Saluauit nos propter nomen suum, ut notandum foret potentiam suam.

VIII.

Cruis est turris inexpugnabilis.

OCTAVO & ultimo considera, tantam esse virtutem, fortitudinem ac potentiam Christi crucifixi, & S. Crucis, ut omnibus qui ad illam confugiunt, sit turris fortissima, præsidium munitissimum, & vallum, quo se ab hostibus suis tueantur. Immo scutum, figuratim in scuto illo quod Iosue exaltauit, ut milites illud intuentes, ad urbem Hai expugnandam animum & vires assumerent. Hinc est quod S. Petrus Apostolus inuitat nos ad turrinam hanc Christi patientis subeundam dicens: Christo in Cruce passio, et vos eadem cogitatione armamini. Reuera nihil est, quod maiorem homini in tribulationibus & aduersitatibus fortitudinem subministret, quam Passio Christi attentè considerare, & oculos mentis in

Iosue 8.

1. Pet. 4.



CONSIDERATIO VI. 471

sacrosanctum hoc scutum, in hasta S. Crucis erectum defigere. Vnde S. Augustinus verba illa Psalmistæ: *Deduxisti me, quia factus es spes mea; turris fortitudinis à facie inimici*, interpretans hoc pacto ratiocinatur, dicens: *Angitur cor meum laborans inter tribulationes & scandala? Is, (id est, IESVS Christus) est mihi turris fortitudinis, quo cum fugero, non solum vitabo tela inimici, sed etiam in illum, qua voluero, ipse iaculabor.*

S. August. in  
Psalm. 60.

Hinc quoque S. Ioannes Chrysostomus optimo iure exclamat & ait: *Crux Christianorum spes est, resurrectio mortuorum, dux cæcorum, via errantium, baculus claudorum, consolatio pauperum, frenum diuitum, carnifex superborum, pœnitentia male temperantium, contra demones trophæum, victoria aduersus diabolum, pedagogus iuuenum, negotiatio inopum, spes salutem desperantium, gubernator nauigantium, portus inter vndas periclitantium, & victoria oppugnantium. Crux est pater orphanorum, tutor viduarum, iudex iniustorum, consiliarius iustorum, requies afflictorum, custos infantium, caput virorum, finis seniorum, lumen in tenebris sedentium, magnificentia regum, eternitatis scutum, diaboli clades et exterminium, philosophia barbarorum, libertas seruorum, sapientia ineruditorum, lex ex legum suæ iniquorum. Crux est predicatio prophetarum, annunciatio Apostolorum, gloriatio martyrum, exercitatio seu medi-*

Hom. in lau-  
dem S. Cru-  
cis.

Virtus & po-  
tentia S.  
Crucis.



meditatio monachorum, continentia virginum, gaudium sacerdotum, Ecclesia fundamentum, orbis totius tutelare munimentum, demolitio templorum idolocorum, euersio altarium idolicorum, nidoris immolatiij exterminium, offensio Iudaeorum, perditio impiorum. Crux est virtus impotentium, medicus agrotantium, expurgatio leproforum, adstrictio paralyticorum, panis esurientium, fons sitientium, & nomen lamen nudorum. Hucusque verba S. Chrysostomi. Et S. Ephræm inquit: Pingua in ianuis atque in frontibus nostris, in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificantium signum. Armemur insuperabili hac Christianorum armatura. Ea enim victrix est mortis, fidelium spes, lux orbis terra, paradisi refectrix, prestigatrix haereseum, monachorum dominiculum, firmamentum fidei, magna salutisq̄ custodia, & gloria perpetua orthodoxorum in aeternum. Hanc o Christiane, armaturam diebus singulis & noctibus, horis atque momentis in omni loco circumferre non desinas, ubi que sine ipsa perficias: sed siue dormias, siue iter agas, siue euigiles, siue operi insistas, siue manduces, siue bibas, siue maria nauiges, siue transmittas flumina, hac te lorica circumtegi membra que tua omnia salutari signo exornata, atque circumsepi, & non accedent ad te mala. Hoc enim signo conspecto aduersaria potestatis conterrita tremensque recedunt.

Serm. de  
sancta &  
uiuifica  
Cruce.

S. Ioan.



S. Ioannes Damascenus quoque ait: Lib. 4. orib.  
fidei cap. 12.

*Crux est clypeus, atque armatura, & trophæum aduersus diabolum. Crux est sigillum, vt ne exterminator Angelus nos tangat velut scriptura sacra monumentis proditum est. Crux iacentium excitatio est, stantium fulcimentum, infirmorum baculus, ouium virga, resipiscientium adminiculum, proficientium perfectio, anima & corporis salus, malorum omnium depulsio, bonorum omnium causa, peccati extinctio, resurrectionis planta, vitæ æterna lignum.*

Multi quoque alij ex SS. Patribus considerantes ingentem S. Crucis potentiam, inestimabilibus encomijs admirandas virtutes eius prædicarunt. Eandem potentiam Christiani etiam primitiue Ecclesie probe perspectam habentes, in omni actione Crucis signo sese præmuniebant, armabant, & sanctificabant. Testis huius rei est Tertullianus vetustissimus author, qui quodam in loco sic ait. De corona  
mil. cap. 2.  
*Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus.*

Hæc & alia quæ SS. Patres cum Tertulliano de laudabili veterum Christianorum consuetudine literis mandarunt, nobis quoque omni loco & tempore imitatione



tione exprimenda sunt: scimus enim diabolus iuratissimum humani generis hostem omni tempore rugientem circuire et querere quem deuoret, ideoque ad tutam hanc S. Crucis velut ad praesidium mentis nos confugere oportet, ut illi roborati virtute diuinæ potentia, possimus viriliter resistere dæmonum insidijs, passionum inordinatis appetitionibus, mundi fallacijs, carnis titillationibus, et demum cunctis tentationibus rationem impugnantibus & spiritum deprimētibus, ut cum Christo perenniter in cælis gaudere & regnare valeamus, Amen.

*DE ALIO QVODAM EFFECTU, qui fuit ut sapientiam suam demonstraret.*

## CAPVT II.

**Q**uanquam Crucem & mortem Sclatoris vt Apostolus ait, Iudæi scandalum, gentes verò stultitiam reputarunt, nihilominus in illa adeo exaltata & manifestata fuit diuina Christi sapientia, vt optimo iure de illo dici posset: *Omnia in sapientia fecisti Domine.* Et forsitan propterea S. Ioannes Euangelista historiam Filij Dei his verbis exorsus est: *sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Et paulò post: *IESVS itaque sciens omnia, qua ventura erant super*

1. Cor. 1.  
Cruce est  
thesaurus  
sapientia.

Psalm. 103.

Ioan. 13.  
13.



*enim*: vt nimirum daret intelligere, Christi  
Passionem & ea quæ passurus erat, non esse  
à casu & fortuna inuenta: sed summa cum  
sapientia, vniuersa esse consumanda: quò-  
niã in illius erant potestate: nouerat quoq;  
à sanctissima Trinitate ita decretum esse.

PRIMO igitur considera Isaiam Pro-  
phetam, cum præuideret ingentem sapien-  
tiam, quam Christus in Passione sua de-  
monstraturus erat, appellasse illum *Virum*  
*dolorum & scientem infirmitatem*, vel vt alij  
legunt, *scientem ferre infirmitatem*: quia in  
multorum dolorum & cruciatuum per-  
pessione, non minus necessaria est ingens  
sapientia, & resistendo varijs rebus se offe-  
rentibus, quàm fortitudo magna in tole-  
rando. Quare cum Christus Saluator no-  
ster, tot ignominias, dolores, tormenta, à  
varijs iudicibus, & ministris ferocissimis  
cum incredibili virtute & constantia, nul-  
lo vel minimo impatientie signo edito, p-  
pessus fuerit: necesse est affirmare, Christū  
in hoc, nõ modò potentiam, sed etiam sa-  
pientiã plus quam humanã, imo diuinam  
ostendisse, quemadmodū Propheta Dauid  
his verbis innuere videtur: *Impulsus euerfus*  
*sū, vt caderē, sed Dominus suscepit me*: q̄ per-  
inde est ac si dixisset: hostes mei omnibus  
crudelitatum & tormentorum generibus,  
efficere tentarunt, vt in aliquod malum  
pro-

I.  
Christi sciē-  
tiam patiē-  
di habuit.  
*Isai. 53.*

*Tertull. ad-  
uers. Marc.*

*Psalm. 117.*



proruerem; sed conatus hic, infeliciter  
successit: quia diuina sapientia mea, ma-  
tiosæ illorum astutiæ præualuit.

## II.

Magnā Chri-  
stus in eo sa-  
pientiam o-  
stēdit, quod  
per Passiōē  
suā, homi-  
nem in Dei  
gratiam re-  
duxerit.

SECUNDO expende tecum, admirabilem sapientiam, quam Christus in operibus Passionis suæ demonstrauit, dum effectum, ut illa esset medium, per quod homo DEI gratiam reduceretur, ingenitiam peccatorum nostrorum debita dissolueretur, atque pro culpis nostris satisfaceretur. Crux esset nobis scala cælestis, protectio contra malignos spiritus, refugium in necessitatibus, robur & scutum in satanasultibus: ut eadem hominem liberaret a diabolo æternis carceribus manciparet, ac denique, ut ab instrumento adeo debili, abiecto, & vili, ut est Crux, summe admiranda ac sublimia opera resultarent: atque ex medio tam priuatiuo, ut est mors, vita, eaque gloriosissima proficeretur.

## III.

Quatuor dā  
na diabolus  
per peccatū  
mundo in-  
tulit.

TERTIO manifestata fuit quoque admirabilis Christi sapientia, in modo mirabili quem adinuenit, ad restaurandum per Passiōem suam damna ingenitiam, quæ diabolus per primorum parentum nostrorum transgressionem, mundo intulerat.

Quatuor enim præcipuè damna tartarus hostis vno ictu per peccatum mundo intulit.



infixerat: quorum *primum* fuit, quod DEO honorem & obedientiam illi debitam abstulit. Cui malo Christus Passione sua remedium attulit: nam in ea vsque ad mortem crucis Patri obtemperauit, maioremque illi honorem restituit, quam per Adami inobedientiam illi iniuste ablatum fuerat: etenim si Adam nullo se peccato obstrinxisset, in leui tantummodo mandato obedientiam DEO prestitisset: at Christus Adamo infinite dignior, non modo in re difficillima, qualis est mortem contumeliosissimam subire, ei morem gessit: verum etiam effecit, vt exemplo & gratia sua opitulante, multi alij vtriusque sexus ad mortem vsque DEO obtemperarent, quod in maiorem eiusdem DEI gloriam & honorem resultauit.

1o

*Secundum* damnum fuit, quod hominem propter peccatum beatitudine priuauit: cui Christus infinita cum sapientia per Passionem suam medelam adhibuit, quia per illam homini maiorem gloriam promeruit, quam per peccatum amiserat.

2o

*Tertium* fuit, quod Angelos accidentali quodam gaudio, quod ex hominis bono hauriunt spoliavit, dum effecit, vt homo propter peccatum gratia priuaretur, & in hanc miseriarum vallem relegaretur: huic autem Christi sapientia remedium attulit: quia

3o

H h lit: quia



lit: quia Passione sua plurimis donum penitentiae lucrificavit, per quam homines in gratiam DEI revertentes, & gloriose de diabolo & peccato triumphantes, Angelis in caelo gaudium pariunt, Domino assistente ac dicente: *Amen dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI, super vno peccatore poenitentiam agente.*

LUC. 15.

4.

Quartum fuit, quod daemones totius universitatis dominium sibi usurpasset, atque in multis mundi partibus pro DEO adoraretur, coleretur, atque obedientia illi praestaretur. Huic autem ingenti malo Christus similiter uti supradictum est, medellam adhibuit: non modo Idola in quibus adorabatur, euertendo, verum etiam faciendo, ut à pueris atque puellis virtute Passionis suae, turpiter ei illuderetur & tandem exterminaretur.

IV.

Christus è Cruce tantquam è cathedra homines instruxit.

QUARTO considera ingentem Christi crucifixi sapientiam, qui etiam ex cathedra S. Crucis, homines altissimae doctrinae praeceptis imbuit. Unde magnus ille genitum Doctor Paulus Apostolus protestabatur, à nullo alio magistro se quicquam didicisse, nec aliud quid scire, quam Christum crucifixum: *Non iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi IESUM Christum, & haec crucifixum.* In Cruce bonus latro cognovit Christum esse Regem caelorum: Memento

1. Cor. 2.

LUC. 23.



mei dum veneris in regnum tuū. Ibidem Centurio didicit illum esse DEI filium: *Verè filius DEI erat iste.* Vulnera, quæ Christo hic inflicta fuerunt S. Thomas tangens, intellexit eum esse DEVM, ac Dominum suum, ideoque exclamavit: *Dominus meus, & Deus meus.* Alij quoque Sancti in hac schola crucis, de varijs excellentijs, & innumeris perfectionibus Christi edocti fuerunt.

Neque tantum homines, verumetiam Angelos de multis rebus mysticis, quas ignorabant Christus in Cruce instruxit. Hic namq; interrogationis illius apud Zachariam Prophetam propositæ: *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* responsum intellexerunt: hîc aperte audierunt: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligant me.* Hic causam perceperunt, cur indumenta illius rubicunda essent: nam cum percunctarentur, *quare rubrum est vestimentum tuum?* responsum ijs fuit: *Quia torcular calcavi solus.* Hic similiter audierunt, quomodo per Crucem coronam Regiam acquisierit, nec non responsum ad repetitas illas interrogationes: *Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis & potens, Dominus potens in pralio. Quis est iste Rex gloria? Dominus Virtutum ipse est Rex gloria.* Et alia similia multa.

Neque mirandum est, Angelos à Verbo  
 Hh 2 bo in

Matth. 27.

Christus è Cruce Angelos instruxit.

Zachar. 13.

Isai. 63.

Psal. 23.



Angeli didi-  
cerunt non-  
nulla ab Ec-  
clesia mili-  
tante.

*Ephef. 3.*

**V.**

*Apoc. 5.*  
Christus per  
passionē suā  
meruit ag-  
nosci pro sa-  
piēte, & esse  
magister  
omnium.

*Ibidem.*

*Prefat. in  
Psalms.*

Christus est  
liber signa-  
tus.

bo incarnato in Cruce pendente tot my-  
steria didicisse: quandoquidem ab Eccle-  
sia etiam militante, vti sanctus Paulus  
firmat, alia non pauca mysteria ipsi oc-  
cultis, didicerunt: *Vt innotescat Principi-  
bus & Potestatibus in caelestibus per Ecclesiam  
multiformis sapientia DEI.*

**QVINTO** expende tecum, quam in-  
festo iure de Christo dicatur in Apocalypsi  
Dignus es Domine accipere librum, & aperire  
signacula eius, quoniam occisus es, & redemptus  
nos in sanguine tuo. Quia mortem pro Deo  
gloria tam promptē oppetendo, meruit  
omni scientia repleti; legere & intelligere  
omnes libros diuinorum consiliorum, pe-  
netrare abyssos secretorum DEI; & omnis  
creaturæ rationalis magister fieri. Nam  
propterea nonnulli volunt, ipsum esse li-  
brum illum, de quo dicitur in Apocalyp-  
si: *Vidi in dextera sedentis supra thronum li-  
brum scriptum intus & foris, signatum sigilla  
septem.*

Quæ sigilla vti S. Hilarius docet, sunt  
septem mysteria redemptionis nostræ,  
quæ in figuris & ceremonijs antiquæ legis  
occulta & abscondita latebant: videlicet  
Incarnationis, Natiuitatis, Passionis, Resur-  
rectionis, Ascensionis, Missionis Spiritus  
sancti, & Aduentus ad Iudicium. Potest  
etiam quod Christus sit liber, confirmari  
iam



Tam potest ex illis Prophetę verbis: *In libro tuo omnes scribentur*: huic enim libro, inscripti sunt omnes prædestinati: & sic à multis intelligitur locus ille Isaie, ubi Dominus de se, velut libro quodam loquens ait: *in manibus meis descripsi te.*

*Psal. 138.*

*Haym. mag. sent. & alij. Isai. 49.*

Hic liber in Cruce suspensus & apertus fuit, ut ab omnibus videretur & legeretur, sicut in Isaia scriptum est: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum*: quia Christus erat simul liber ac magister, qui in seipso tanquam in libro, omnis probitatis documenta nobis præbuit: imò solo aspectu celestis doctrinæ præceptis sufficienter nos imbuit, atque idcirco dicit: *Erunt oculi tui videntes*: ipse enim characteribus adeo magnis ac lucidis, atque exemplis tam illustribus omnium virtutum inscriptus est, ut ab ijs etiam, qui longè distiti sunt, nullo negotio legi possit. Quare multi interpretantur de libro hoc verba illa, quæ dixit Dominus ad Prophetam Abacuc: *Scribe visum, & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum*. Quo in loco, præcipit DEVS Prophetæ, ut librum characteribus maiusculis scribat, atque in tabulas imprimat, ut quis eum legerit, sine aliqua difficultate aut mora scripturam intelligere, & capere valeat. Qui liber supra tabulas explicatus, est Christus in cruce distentus, litteris maius-

*Isai. 30. Ex solo Christi aspectu instruimur.*

*Abac. 2.*

*Christus in Cruce pendens, est liber facilis ad legendum.*

Hh 3 culis,



Malta disci-  
mus in Cru-  
ce.

culis, id est, maximis & clarissimis virtutibus  
exemplis scriptus; ita ut quilibet quantum  
simplex & ideota, modo velit, facillime  
perlegere, & veram viuendi formam discere  
valeat. Veni igitur fidelis anima ad hanc  
Crucis scholam, & discere in libro Christi cruci-  
fixi legere: & primo lege ea, quae foris scri-  
pta sunt, non calamo & atramento, sed cha-  
riteribus sanguineis, ducis clavis, & acerimam  
torturam exaratis: ibique inuenies, quae magis  
malum sit peccatum, quam a Deo nos separat: quod  
pro illo abolendo, necessarium fuit unigeniti  
illius filium, adeo ingens pretium numeratum,  
tam difficile remedium adhibere. Hic lo-  
ges, quam detestabile sit omne vitium, &  
quantopere fugiendus & pertimescendus  
infernus: quae pulchra & pretiosa sit virtus,  
quamque desiderabilis caelestis Paradisi.  
quandoquidem Christus, ut nos instrueret,  
quam illa fugienda, haec verò querenda & ac-  
ceptanda sint, innumeros dolores accre-  
menta perpeti, Crucemque subire non detro-  
stauit. Hic videbis, quam sit misera caro nos-  
tra, cum omnibus mundanis delicijs, id est,  
sit abiecta, vilis, & detestabilis, cum Christus  
illam in semetipso tam opere contempserit, de-  
testatus fuerit, ac mortificauerit. Hic intel-  
liges quanti momenti sit lex diuina, quam  
illa omne bonum & salus nostra consistit.  
ea enim Dei voluntas nobis manifestata



quam exēplo vitæ suæ descripsit, sanguine  
 subscripsit, supplicijs ac tormētis cōfirma-  
 uit, ac demū morte sua sigillauit. Denique  
 hīc discēs, quā promptus ac paratus esse  
 debeas ad obseruantiam diuinorū manda-  
 torum: quia vt nos instrueret atq; ostēde-  
 ret, quanti virtutem hanc estimaret, vtque  
 documentū hoc nobis relinqueret, omnia  
 q̄ passus est, sustinere voluit. Beatum igitur  
 illum qui in sacratissimo hoc S. Crucis, &  
 Christi crucifixi libro rectē legere noue-  
 rit, quia veram acquireret sapiētiam, & om-  
 nē ex mente sua ignorantiam propulsabit.  
 Vnde S. Léo Papa affirmat, Christi passio-  
 nem omnem sustulisse errorem, & diffi-  
 cultatem temperasse: *Sublata est, inquit il-*  
*le de Passionis Christi effectibus loquens,*  
*ignorantia, temperata est difficultas, & igneam*  
*illam, qua vitæ regio erat inclusa, romphaam*  
*sacer Christi sanguis extinxit, vera luci anti-*  
*qua noctis cecidit obscuritas.*

Serm. de  
 Pass.

Cæterū vt intus quoque hic liber legi  
 posset, aperuit eum Dominus in Cruce in  
 conspectu & præsentia totius mundi, per-  
 mittēs sibi lancea pectus referari: vt intel-  
 ligeremus, ex quo amoris fonte, omnia  
 quæ pro salute nostra fecerat, scaturierint.  
 Vnde S. Ioannes in Apocalypsi, de hac sa-  
 cri pectoris apertione ait: *Apertum est tem-*  
*plum Dei in celo, & visa est arca testamēti eius:*

Ex latere  
 Christi a-  
 perto ani-  
 mabus pijs  
 ingentia se-  
 creta pate-  
 fiunt.

Apoc. 11.

Hh 4 reue-



reuera enim tum detecta fuerunt omnia  
 arcæ testamenti mysteria, & thesauri in-  
 æstimabiles sapientiæ & scientiæ DEI, qui  
 in sacro illo pectore inclusi latebant, ex-  
 cecente Apostolo: *In quo sunt omnes thesauri  
 sapientiæ & scientiæ absconditi.* Præterea ma-  
 nifestauit nobis Christus ibidem, incredi-  
 bilem suum esse dolorem, quem haurit  
 aspectu nostræ obstinationis & tepiditatis  
 quæ facit, vt amoris ipsius obliti, in alijs  
 occupemur, licet ipse omni tempo-  
 re habeat apertum & promptum ad nos  
 diligendos, nec vnquam cesset vocare nos,  
 in clamando identidem illa Cantici verba

*Coloss. 2.*  
 Christus  
 vocat pec-  
 catores.

*Eccl. 6.*

*Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere re-  
 uertere vt intueamur te:* in quibus repetiti-  
 onibus Hugo Cardinalis quatuor passiones  
 & affectus animi, quibus ad creaturas nos  
 conuertimus: nimirum gaudiū, tristitiam,  
 timorem, & spem obseruat: & vult, vt ip-  
 dem ad DEVM conuertamur ac redeamus.

Demonstrauit etiam, se præter omnia  
 opera meritoria tua causa perfecta  
 tibi cor & amorem suum, quo omnia  
 fecit, dare, & infinitos alios fauores ex-  
 hibere voluisse. Nam in hunc finem misit  
 Spiritum sanctum, & sanctissimum  
 Eucharistiæ Sacramentum, clarissimum  
 amoris sui Symbolum instituit. Redde  
 igitur anima infinitas Redemptori tuo  
 gra-



CONSIDERATIO VI. 485

gratias, quod quamuis Iudæorum crudelitas extrinsecus latus eius aperuerit; diuina nihilominus prouidentia & sapientia ipsius, intrinsecus illud reserauerit, ut interna amoris sui secreta tibi detegeret ac manifestaret.

Veni in cauernam hanc quam tibi reliquit apertam, atque foramina hæc viuæ petra, quæ est Christus, ingrediens, constitue ibi nidum & lectum tuum: *In foraminibus petra, in cauerna maceria.* Can. 2. Hic autem per latus & pectus apertum Unigeniti Dei Filij, satage penetrare in pectus illud paternum, & videre qualis amor fuerit, qui illū ad Unigenitum nobis dandum impulit; dehinc ad amorem Filij considerandum reuertere, qui nō contentus sanguine, quæ pro te viuens effuderat, voluit etiam tibi post mortem quicquid erat residui sanguinis impertiri.

Totum studium tuum ad hoc conuer-te, ut literas & notas libri huius legere discas, non enim sine causa dicitur esse sigillatus septem sigillis, quia non omnes diuinam hanc scripturam legere, & characteres eius intelligere nouerūt: sed illi tantū, qui mundo sunt corde, ac veri mortificationis & perpeſſionis amatores. Caue tibi ne in die Iudicij à sauciato hoc pectore egrediantur sagittæ iræ & vindictæ DEI,

Hh 5 que



quæ te sempiternis supplicijs feriant, nisi tanto beneficio gratus esse, & secundum ea, quæ Christus è Cruce docet ac præcat, operari studueris.

*DE INGENTI BONITATE  
& amore, quem Christus in Passione  
sua patefecit, qui eiusdem Passio-  
nis effectus fuit.*

## CAPVT III.

**S**ANCTVS Euāgelista Lucas colloquitur Christi Seruatoris nostri, quod in monte Thabor cum Moyse & Helia habuit, referens, pulchrè eiusdè Christi Passionem (vt est vnanimis SS. Patrum sententia) sub nomine excessus adumbravit: *Et dicebant expressum quem completurus erat in Hierusalem.* Reuera enim quamuis fuerit ibi excessus quidam pœnarum & dolorum, multò tamen maior fuit bonitatis & amoris excessus, iuxta certissimam illam Christi sententiam: *Maiorem dilectionem non habet, vt animam suam quis ponat pro amicis*

In hoc igitur capite, vt conueniens eredo seruetur, & copiosius animabus pijs nutrimentum suppeditetur, ponderabimus conditiones extra ordinarij huius amoris, quem DEVS homo effectus, in Passione sua manifestare dignatus est, vt omnes con-

Luc. 9.

Cruce Christi fuit excessus amoris & bonitatis.  
Ioan. 15.



nerent illam verè fuisse excessum amoris æterni, principalis, voluntarij, liberalis, vnitivi, vtilis, magni, singularis, conuenientis, efficacis, perseverantis, & reflexi: omnes enim hos excessus, habuit amor Saluatoris nostri.

PRIMO igitur considera Passionem Iesu Christi, fuisse amoris æterni & perpetui excessum: nam idcirco apud Ieremiam ait:

*Charitate perpetua dilexisti te, ideo attraxisti te miserans*: non quod ab æternitate passus

fuerit, sed quia æternum Verbum ab omnino æternitate dilexit, & homo fieri pati & mori pro salute nostra determinauit. Hæ etenim sunt cogitationes illæ antiquæ, de

quibus loquitur Isaias: *Domine DEVS meus*

*es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo:*

*quonia fecisti mirabilia, cogitationes antiquas,*

*fideles. Amen,* i. quoniam fideliter executus

es operibus admirandis omnes cogitationes & determinationes, quas ab omni æuo,

de salute hominũ habuisti. Abscõsæ prius & secretæ erant hæ cogitationes: at quãdo,

sicuti Apost. ait, *Apparuit benignitas & hu-*

*manitas Saluatoris nostri DEI,* seque in sublimi Crucis arbore intuendum præbuit, nõ potuit non patefieri hic amor, & propagari hæ cogitationes, idque summa cum animarum eundem amorem contemplantium, & non mediocriter exul-

tan-

I.

Passio Christi fuit excessus amoris æterni. Ierem. 31.

Isai. 25.

Ita Euseb.

Ces. lib. 2.

demonst.

Euangel.

cap. 32.

Tit. 3.



tantium, quod à Deo tali cū amore ab omni æternitate dilectæ fuerint, voluptate

Porro aduerte amorem hunc, quo ab omni æternitate Christus Verbum Patris nos complexus est, ad eò excessuum fuisse, vt quò illi satisfaceret, voluerit iam ab eò à mūdi exordio mysteria Passionis in tot figuris & modis repræsentari, quot erant sacrificia & ritus antiquæ legis: vt in intuendo, in illis non aliter atque in respondentibus votis hæctenus cōcupita, sibi cōplacere posset. Vnde S. Leo Papa de Christi Passione loquens ait: *Huic sacramento in uersa precedentium seculorum mysteria conuierunt, & quicquid hostiarum differentiis prophetici signis, & legalibus institutis, sacra dispensatione variatum est, hoc præannunciatum dispositum, hoc promissum implendum.*

Serm. 3. de  
Pass.

## II.

Passio Christi fuit excessus amoris principalis.

Rom. 5.

SECUNDO expendere tecum Passionem Christi fuisse excessum amoris principalis, id est, nobilis, singularis, illustris, & talis, vt parem non habeat; propterea ubi nos in S. Paulo legimus: *In hoc commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* iuxta græcum textum legi potest: *In hoc nobilitatem, notam, illustrem facit charitatem suam Deus:* quasi amor, quo Christus pro nobis passus est, quamuis in se fuerit nobilissimus, per Passionem nihilominus, in nobilitate



litate & æstimatione magis ac magis au-  
ctus fuerit . Cæterùm etſi amor hic adeò  
nobilis exitit , ſeruilia tamen facere ac  
ſubire non detrectauit , quò nimirum ip-  
ſoſmet ſeruos amplius nobilitaret : *For- Philip. 2.*  
*nam ſerui accipiens* : non enim contentus,  
per beneficium creationis, hominem to-  
tius vniuerſitatis dominum conſtituiſſe,  
eique ad tutelam & deſenſionem angeli-  
coſ ſpiritus attribuiſſe : voluit inſuper ab  
illuſtri hoc amore impuſſus, ſemetipſum  
ſeruituti ipſius ſubmittere . Hinc namque  
ait : *Non veni miniſtrari ſed miniſtrare* : quò *Luc. 22.*  
& in nouiſſima cœna diſcipulorum pedes  
abluit . Denique Apoſtolus ipſe, dicit ipſum  
ad eam abiectiõnem deueniſſe, vt mundo  
pro ſcopis deſeruierit, emundando videli-  
cet durã & ignominioſa morte ſua, macu-  
las & ſordes ſclerum noſtrorum : *Purga- Hebr. 1.*  
*tionem peccatorum faciens* . Quod totum ab  
amore proueniſſe, S. Ioannes innuit, quan-  
do, priuſquam diceret, Chriſtum lauiffe  
nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, præmit-  
tit amorem illius, inquit, *Dilexit nos* . At *Apoc. 1.*  
que vt etiam intelligeremus illum amorẽ,  
natura ſua tam nobilem, non quocun-  
que modo ſe deieciffe, ſubiungit : *Fecit nos Reg-*  
*num & Sacerdotes DEO & Patri: ipſi gloria,*  
*& imperium in ſacula ſaculorum. Amen.*

*TERTIO* reuolue tecum, Paſſionem, V- *III.*  
nige-



III.  
Passio Christi  
fuit excessus  
amoris  
voluntarij.

Isai. 53.

Ioan. 10.

Osé. 14.

Psal. 77.

Jerem. 11.

Ita interpretantur S.

Hieron. in

com. in Jer.

D. Gregor. l.

12 moral. c.

3.

Orig. hom. 8.

in Jerem. &

alij.

nigeniti DEI filij fuisse excessum amoris voluntarij, id est, spontanei non coacti, nec costricti ab aliquo: Etenim passus est qui voluit: voluit autem, quia amoris sui placuit. Vnde apud Isaiam de illo dicitur: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et ipse alibi dicit: *Ego pono animam meam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso.* Et per Oséam: *Diligam eos spontaneè.* Cæterum, expende hinc attenta cõsideratione Christus ne Lector, magnificentissimam DEI claritatem, qui non contentus, hominè spontanea voluntate elegisse, vt post præteritam vitam ad perfectam sui fruitionem pertingeret: voluit etiam in hac, eodem cibo, quo Angelos in cœlis, aliqua ex parte (vt supra loquar) sustentat, i. pretioso corpore sanguine suo, illū reficere iuxta illud: *Angelorum manducauit homo.* Nam propheta permisit, impios Iudæos, sacrilegum illud desiderium à Jerem. prædictū adimplere, cū aiunt: *Venite, mittamus lignum in panem eius:* quia per lignum S. Crux intelligitur, & per panem corpus Christi veri panis æternæ vitæ, quod probè conditum & excoctum fuit igne ligni & tormentorum S. Crucis, in fornace ardentis charitatis ipsius; vtente Christo illorum impietatis, vt nobis diuinæ dulcedinis suæ, quod daret experimentum.

Quar.



CONSIDERATIO VI. 491

QUARTO considera Christi Passionem I V.

fuisse excessum amoris liberalis, imo pro-  
digi potius, quia cum posset vnica tantum  
lachrymula pro cunctis malis nostris sa-  
tisfacere, voluit nihilominus abundanter  
nostræ redemptionis pretium numerare,

vt cum Psalmista dicere valeremus: *Apud*

*Dominum misericordia & copiosa apud eū re-  
demptio.* Cumque vnica sanguinis guttula  
ad millenorum mundorum, si tot reperi-  
rentur, redemptionem sufficeret, voluit,  
vberimos eiusdem sanguinis riuos nobis  
impertiri. Vsque adeo vt S. Bernar. dicat:

*Copiosa siquidem non gutta sed vnda sanguinis,*

*per quasq; corporis partes emanauit: Verū (vt*

*alij aiunt) quod sufficiebat redemptioni, non*

*satis erat amor.* Et ideo tanto magis reco-  
gnoscendus & æstimandus est nobis hic a-  
mor, quanto amplius ad nostras necessita-  
tes suberabundauit: atq; ad remediū Pas-  
sionis suæ nobis conferendū, nullo nostro  
merito, sed sola liberalitate & misericor-  
dia sua impulsus fuit, Apost. dicente: *Non*

*ex operibus iustitia qua fecimus nos, sed secun-*

*dum misericordiam saluos nos fecit.*

QUINTO expendite tecum, Christi Pas-  
sionem fuisse excessum amoris vnitiui,

quia non contentus, obligasse atque vt ita  
dicam constrinxisse hominem, innumera-  
bilium beneficiorum vinculis, vt illum

amo-

Passio Chri-  
sti fuit ex-  
cessus amo-  
ris libera-  
lis.

*Psal. 129.*

*Serm. 22. in  
Cant.*

*Tii. 3.*

Passio Chri-  
sti fuit ex-  
cessus amo-  
ris vnitiui.

amo-



amore arctissimo sibi coniungeret acque  
vniiret: voluit quoque potentissimum hoc  
Passionis suæ medium vsurpare, vt in eo  
moris infiniti excessum demonstrans, ho-  
minem potentissimo amoris efficacissimo  
vinculo, ad se traheret ac secum vniiret. Hi  
sunt funiculi illi de quibus per Osee Pro-  
phetam dicitur: *In funiculis Adam trahit*

*Ose. 12.*

*eos, in vinculis charitatis.* Reuera enim, sicut  
amor maior reperiri non potest, eo, quo  
quis impulsus pro alio mortem excipit,  
quemadmodum supra dictum est. *Mari*

*Ioan. 15.*

*hanc dilectionem nemo habet, vt animam suam  
ponat pro amicis suis: ita nihil est, quo  
Christus affectus & animos nostros ad e-  
mandum efficacius permouere, secumque  
vniire potuisset, quam quod nostrum carum  
passus ac mortuus fuerit: Nam propter  
S. Paulus Apostolus, immensa hac Christi  
charitate succensus, ait: *Quis nos separat a  
charitate Christi?**

*Rom. 8.*

Cōsidera porro efficaciam huius Chris-  
ti amoris: hic enim vniuit nos Deo, quo  
propter scelera nostra, longè à nobis dissi-  
tus erat: *Ipse est pax nostra, qui fecit vna  
num:* hic omnes fideles in cunctis mundi  
partibus, vinculo sanctæ charitatis inter se  
coniunxit: *Sed vt filios DEI, qui erant disper-  
si, congregaret in vnum:* idem effecit, vt am-  
vniiones hæ, non modo inestimabilibus  
bonis

*Eph. 2.*

*si, congregaret in vnum:* idem effecit, vt am-  
vniiones hæ, non modo inestimabilibus  
bonis

*Ioan. 11.*

bonis  
dulce  
inter  
quã  
vni  
Qui a  
V  
amo  
temp  
refer  
sauci  
mini  
arde  
cteba  
rant,  
tia ra  
cum  
Iaco  
cruer  
resol  
ni, h  
omn  
nobi  
speci  
radi  
exce  
clam  
E  
fion



bonis: verumetiam summa iucunditate & dulcedine refertæ essent. Nam de vnione inter fideles ait Psalmista: *Quàm bonum & Psal. 132.*  
*quàm iucundum habitare fratres in vnum:* de vnione verò cum DEO ait Apostolus: *Qui adheret DEO, vnus spiritus est cum eo.* 1. Cor. 6.

Vt autem Christus Seruator noster hac amoris vnitate nos coniungeret, voluit tempore Passionis suæ, sacrû pectus suum referari, & corpus innumeris vulneribus fauciari: vt ex illis, veluti totidem foraminibus, instar fornacis alicuius, flammæ ardentes diuini amoris, quo nos complectebatur, quæ in corde ipsius conclusæ erant, foras prorumperent; vt à vehementia tanti ardoris, nos quoque accèsi, vnum cum illo redderemur. Et sicut Patriarcha Iacob ex polimitæ vestis Iosephi sanguine *Genes. 37.*  
 cruentatæ aspectu in arcerbissimum fletum resolutus est; ita quoque Christus homini, humanitatem suam prorsus laceram, & omni ex parte proprio sanguine madidam nobis obijcere voluit, vt ex amorosi huius spectaculi contemplatione, stabiliretur & radicaretur in cordibus nostris memoria excessus Passionis & mortis Christi, & exclamaremus cum Apostolo: *Cupio dissolui, Philip. 1.*  
*& esse cum Christo.*

Sexto, reuolue tecum, Christi Passionem fuisse excessum amoris vtilis: quia *VI.*  
 li non *Passio fuit excessus*



amoris vi-  
lis.

Isai. 9.

Serm. de  
Nat.  
Serm. 13. de  
Pass.

Ioan. 17.

Act. 10.

non propter aliquam necessitatem aut commodum suum, sed ad nostrum duntaxat beneficium, utilitatem, ac salutem, passus & mortuus est. Nam propterea inquit Isaias: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis*: Et sanctus Bernardus Christi Servatoris Passionem nobis datam, nostręque utilitatis causa perfectam fuisse confirmat: *Mihi, inquit, data est, quia alteri dari non potuit*. Similiter S. Leo Papa dicit: *Sicut nostrum est, quod cum vnitione deitatis peperit materna virginitas; ita nostrum est, quod in daica crucifixit impietas*.

Et multò clariùs hoc ipsum testificatus fuit Christus, priusquam in altari Crucis semetipsum pro nobis immolaret, quando ait: *Pro eis ego sanctifico meipsum*: neque enim dubium est, totum hoc Passions mysterium (quod est fons quidem perennis, è quo omnes gratiæ & benedictiones spirituales ac cælestes in nos derivantur) ordinatum fuisse ab excessivo Christi amore, ad nostram tantummodo utilitatem. Etenim si dum inter homines vivens adeò utilis fuit, vt de illo S. Petrus Apostolorum Princeps dicat: *Petrus transiit beneficiando & sanando omnes*: cogita qualia & quanta commoda & beneficia nobis prestitit, mortem pro nobis oppetendam. Quare non immeritò assimilatur grano



CONSIDERATIO VI. 495

frumenti, quod nisi mortificatum in terra fuerit, nullum fructum adfert, seminatum verò ac mortuum, fructus producit vberimos: ita quoque mors Christi, qui granum frumenti effectus fuerat, contulit nobis fructus & bona centuplo plura, quam nobis impertitus fuerat, antequam in Passione seminaretur.

*Ioan. 12.  
Orig. homil.  
8. in Ierem.*

SEPTIMO considera Passionem Christi VII. excessum fuisse amoris magni, & tam magni, ut Apostolus nimium appellet: *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos.* Et mellifluus Bernardus, hunc Apostoli loquendi modum approbas ratione reddat, dicens: *Verè nimiam, quia mensuram excedit, modum superat, plane supereminet vniuersis: maiorè charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis: tu maiorè habuisti Domine, ponens eam etiam pro inimicis. Cùm enim adhuc inimici essemus, pro morte tua, & tibi reconciliati sumus, & Patri.* Verum ut melius amoris huius magnitudinem penetres, considera interminatas illius dimensiones, altitudinis videlicet, latitudinis, longitudinis & profunditatis, quæ dimensiones in omni re, ut magna dici possit, requiruntur: eas autem in Christi amore reperiri, idem S. Ap. Paulus affirmat, dicens: *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profunditas.* Utque intelligeremus, has mensuras esse sine mensura, subiungit: *Scire etiam*

*Passio Christi fuit excessus amoris magni, Ephes. 2. Serm. fer. 42 heb. 2. Sancta.*

*Ephes. 3.*





*supereminentem scientia charitatem Christi*  
quod perinde est ac si dixisset. Desidero  
vos nosse charitatem Christi omnem sci-  
entiam superare, quod aliud non est, quam  
dicere, esse immensurabilis, infinita, in-  
comprehensibilis & interminata: mag-  
tudinis.

Magnitudo  
amoris Chri-  
sti in Passio-  
ne.

Considera igitur altitudinem amoris  
Christi in Passione talem fuisse, ut caelum  
transcenderit, & usque ad paterna viscera  
penetrauerit, illumque ad diuinam do-  
mentiam suam nobis impertiendam pro-  
mouerit: effeceritque ut non tantum in-  
nita scelera nostra nobis condonaret, ve-  
rumetiam infinita dona nobis communi-  
caret.

Latitudo talis fuit, ut in vniuersum ge-  
nus humanum se dilatauerit, & extendit,  
neminem quantumuis sceleratum & pec-  
catorem, quantum in se esset excluden-  
do: sed vnumquemque speciatim compre-  
hendendo, ac desiderando omnes fructum  
Passionis suae fieri participes, ipsos etiam  
tortores & crucifixores, nam propter  
pro illis Patrem orauit, dicens: *Pater do-*  
*mitte illis, non enim sciunt quid faciunt.*

LUC. 23.

Longitudo patet, ex antiquo & longo  
desiderio patiendi, ac nobis benefaciendi,  
quo supra diximus, Christum omni tem-  
pore flagrasse. Hinc apud Psalmistam scri-  
pta



ptum est: *Reminiscere miserationum tuarum, Psalm. 24.*  
*que à seculo sunt.*

Profunditas talis fuit, vt sit infinitè maior, quàm homo capere aut intelligere valeat: imo etiam si ambæ naturæ humana & Angelica, simul concordarent & conspirarent, ad finem & pretium amoris huius, quem Christus in Passione sua demonstra- uit, inueniendum, non essent ad hoc suffi- cientes futuræ: & quamuis viderentur ad perfectam aliquam cognitionem perue- nisse, attamen illud, quod adhuc compre- hendendum restaret, infinitum quoque futurum esset.

OCTAVO, expende tecum Passio- nem Christi fuisse excessum amoris singu- laris, non tantùm, quia in dilectione no- stri parem non habuit; verumetiam quia, sicut perfectam & singularem omnium nostrum in generali & vniuscuiusque in particulari cognitionem habuit: ita etiam, singulari cum amore pro illis pro quibus passurus erat, pati voluit, tam singulariter vnumquemque amando, vt pro eo, eadem tormenta iterum, si conueniens & necessa- rium fuisset, tolerare paratus esset. Vnde S. Ioannes Chrysostomus affirmat; vnum- quemque in speciali cum S. Paulo Aposto- lo, Passionem vnigeniti filij DEI sibi at- tribuere, & dicere posse: *Quod autem nunc Galat. 2.*

VIII.

Passio Chri- sti fuit ex- cessus amo- ris singula- ris.



vivo in carne, in fide Filij DEI vivo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Quantã curã  
Deus gerat  
vniuersiuf-  
que anima  
particula-  
ris.

Singularis huius Christi amoris simbo-  
lum fuit parabola illa Euãgelica de pallo-  
re, qui relictis nonaginta nouem ouibus  
deserto, per montes & colles, aliaque loca  
plana & aspera, ouẽ errantẽ requisit. Hic  
enim parabola aliud nihil demonstrat, nisi  
singulare affectum & amorem, quẽ pallo-  
re animarum nostrarum IESVS Christus ex-  
erit non tantum erga vniuersalẽ Ecclesiã,  
verum etiam erga vnãquamq; speciem  
animam, cuius tam diligetẽ & minutã  
curã habet, vt capillos capitis eius apud  
numeros habeat, quemadmodum alibi

Matth. 10.

IX.

Passio Chri-  
sti fuit amo-  
ris conue-  
nientis.

ait: *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.*

NON o reuolue tecum, Passionem Chri-  
sti fuisse excessum amoris conuenientis  
primò, quia cum amore recto & ordinato  
passus est: non tam ad suam gloriam & re-  
putationem respiciens, quam ad gloriam  
Patris, qui ex amore illum mundo dona-  
uerat: *Sic DEVS dilexit mundum, vt filium  
suum vnigenitum daret.* Deinde, quia cum  
amore discreto passus est, diligendo in be-  
mine naturam, & odiendo culpam, ideo  
que de illo recte dictum fuit: *Butyrũ et mel  
comedet, vt sciat reprobare malũ & eligere bo-  
nũ.* Tertiò, quia passus est cum amore doli  
suauis, sapietis, cordialis, ardenti, & inflãmati.

Ioan. 3.

Isai. 7.

Dege-



DECIMO considera Passionem Christi

X.

fuisse excessū amoris efficacis, *primò*, quia illum factis & operibus admirandis, atque inæstimabilib<sup>9</sup> demōstravit. *Secundò*, quia fuit semper constans, fidelis, longanimis, & inuictus in tormentis & cruciatibus que pro nobis perpeti dignatus est. *Tertiò*, quia fuit amor verus, purus, perfectus, solidus & insuperabilis, qui nullis impedimentis contumeliarum, tormentorum, ingrati- tudinis, aut infidelitatis se præpediri per- misit: sed vsque ad vltimum spiritum in Cruce duravit. *Quartò*, quia fuit amor for- tissimus, morte atque inferno robustior: de quo intelligendum est, quod in Canti- cis legimus: *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus amulatio.* *Quintò*, quia Passione sua martyribus & sanctis omnibus forti- tudinem se imitandi communicauit.

Passio Chri- sti fuit ex- cessus amo- ris efficacis.

Cant. 2.

VNDECIMO expende tecum, Passionem

XI.

Christi fuisse excessū amoris perseuerātis, quia ex quo redemptionis nostræ opus, acer- bissimorū cruciatuū perpeffione exor- tus est, semper in illo ad summā vsq; perfe- ctionem perseuerauit: & quamuis multas in nobis contrarietates & defectus ingra- titudinis, aliorumque enormium pecca- torū cerneret, nunquam tamen, Passionis suæ conflictu durante, tormētis satjari po- tuit: imò carnifices in illo cruciādo citius

Passio Chri- sti fuit ex- cessus amo- ris perseue- rantis.



500 DE EFFECT. MORT. SALV.  
defecerunt, quàm illa à supplicijs nostris  
more tolerandis, vel minimum se retru-  
heret.

XII. AD EXTREMUM considera Chri-  
Passio Chri- sti Passionem fuisse excessum amoris re-  
sti fuit amo flexi: quem *primò* ad gloriam diuinæ ma-  
ris reflexi. iestatis reflexit: quia dum pateretur quod  
homine, Passio hæc ad DEI gloriam  
dundabat, partem, quia sic diuina volun-  
tas, quæ hoc ad suam gloriam & hominum  
salutem ordinauerat, adimplebatur; po-  
tius propter eximiam voluptatem seu con-  
placenciam quam habebat, vt hac in re  
gentem, quo humanum genus profectus  
batur, amorem, demonstraret. *Secundò* re-  
flexit eam ad gloriam suæ humanitatis  
vnde ait Apostolus: *Videmus IESV M pro-*  
*pter Passionem mortis, gloria, & honore cor-*  
*natum. Tertio*, ad gloriam Angelorum, qui  
dum vident Angeli ingentem amorem,  
quo Christus ipsorum Dominus Passione  
sua, hominem se complecti ostendit, pro-  
pter charitatem qua nos diligunt; mag-  
num ex eo gaudium & exultationem co-  
piunt; tum etiam propter bonum, quod  
hominis causa accipiunt; nam hominis sa-  
lutem consequente, gloria ipsorum acci-  
dentalis augetur, ex voluptate, quam illi  
hauriunt, sicuti scriptum est: *Gaudium  
Angelis super vno peccatore penitentiam agente.*

Heb. 2.

Luc. 15.



22. *Quarto*, ad gloriam hominis: quia in-  
 tuente homine effusissimum amorē, quem  
 Christus Redemptor ipse, per tam acer-  
 bos cruciatus & tormenta demonstravit,  
 ipse quoque totus in amore liquefit, & in  
 Christum trāsformatur, quemadmodum  
 S. Paulo Apostolo contigit, qui de se ait:  
*Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chri-* Galat. 2.  
*stus*: quod totum in maiorem ipsius homi-  
 nis gloriam reuertitur, instar lucidissimi  
 alicuius speculi, sicut enim illud à radijs  
 solaribus percussum, alium quendam so-  
 lem videtur repræsentrare: ita quoque per-  
 cussio hominis corde, à radijs diuini amo-  
 ris Christi, fit alter quidam Christus, sicut  
 idem Apostolus ait: *Conformes fieri imagi-* Rom. 8.  
*nis filij sui*. S. Ioannes quoque eiusdem amo-  
 ris, qui in veram DE I similitudinem nos  
 transformat, efficaciam approbat, cū ait:  
*Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei eri-* 1 Ioan. 3.  
*mus*. Quamobrem anima mea patiaris te  
 vulnerari à diuino hoc amore, Christi pro  
 te crucifixi, qui instar alicuius potentissi-  
 mi magnetis, etiamsi durior sis ferro &  
 chalybe, exaltabit te ad visionem illam  
 beatificam, vbi clarissimè conspi-  
 cies, qualia & quam infinita  
 sint bona, quæ amor  
 hic tibi attu-  
 lit.

Ii s DE



302 DE EFFECT. MORT. SALV.  
DE VARIIS COMMOTIONIBUS  
creaturarum in morte Christi, qua  
fuerunt quoque Passionis eius effe-  
ctus, & argumentum digni-  
tatis personae pa-  
tientis.

#### CAPVT IV.

**Q**UEM AD MODVM in extremo  
dicij die, miranda & horrifca signa  
in Sole, luna, stellis, terra, aqua, aere, pla-  
mantibus, & omnibus alijs creaturis con-  
spicientur, quæ manifestum dabunt iudi-  
cium maiestatis & potentiae summi iudicis,  
qui ad iudicandum venturus est  
ita quoque conueniebat, vt in iudicio  
quod in morte Christi de mundo & de  
mone factum fuit: iuxta illud: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi cietur foras.* alia signa non minoris stuporis  
& admirationis in caelo, terra, & abyssi  
fierent, quæ maiestatem eiusdem iudicis  
Domini pro nobis in Cruce pendens  
vium patefacerent. Hinc est quod  
ctus Anselmus, animas pias ad horum  
norum considerationem adhortatur  
quod quantum Passio infirmitatem illam  
demonstrat, tantum signa hæc maiestatem

JOHN. 12.



& potentiam illius ostendant: *Iam quidem*, In spec. Euāgel. serm. cap. 17.  
 inquit, *infima eius anima mea vidisti, & miserata es: nunc & maiestatem attende, & miraberis qualis est hic, quia calum & terra compatiuntur ei, & mors mortuos viuificat.*

PRIMO igitur considera, commotionem Solis & Lunæ in morte Christi, quo ad stupendam illam ecclipsim & mutationem splendoris, qua factum fuit, vt in meridie totis tribus horis, quibus Christus in Cruce pependit, per vniuersum terrarum orbem esset obscura quædam nox, vt Euangelistæ affirmant: *Et tenebra factæ sunt super vniuersam terram.* Matth. 27.

Perpende non minoris formidinis prodigium, huic simile olim à Propheta Amos fuisse præuisum, vbi ait: *Erit in die illa dicit Dominus, occidet vobis sol in meridie, & tenebescere faciet terram in die luminis.* Amos 8.  
 Ezechiel quoque sub figura mortis Pharaonis Regis Aegypti, has cælestium luminum perturbationes, in morte Christi, adumbravit his verbis: *Omnia luminaria cali mætere faciam, & dabo tenebras super terram.* Ezech. 32.

Attende nunc pie Lector, in hac iniustata solis obscuratione (quæ vel facta est, sicut Hieronymo, Bedæ, & alijs placet, quia **D E V S** supernaturaliter & miraculose,

I.  
 De ecclipsi Solis & Lunæ quæ fuit in Passione Christi.

D. Hier. in Matth. c. 27.



Dion. ep. 7.  
ad Polic. in  
sue.

Eclipsis so-  
lis quid sig-  
nificauerit.

I.  
Nostram sa-  
lutem.

Catech. 2.

Mortem ho-  
minis pec-  
catoris.

In illa ver-  
ba Ioan.  
Omnia mihi

losè, radios solares ne ad infima hæc pe-  
uenirent, retinuit: vel quia, vt Dionysius  
Areopagita vult, DEVS effecit, vt luna ex-  
tra cursum suum ordinarium soli opposi-  
retur, eumque solito magis obscuraret.  
attende inquam & considera, quanto à  
la hominibus maioris terroris & admi-  
tionis causa fuit, tanto maiorem Christo  
gloriam attulisse, atque altissimis docu-  
mentis & mysterijs plenioris fuisse.

Horum mysteriorum *primum* fuit, quod  
à S. Cyrillo Hierosolymitano obseruatum,  
nimirum sicut sol, decem lineis retrorsum  
reuersus est, in signum, quod DEVS Ecu-  
chiæ Regi sanitatem restituisset, & vitam  
temporaneam prorogasset: ita quoque  
morte Christi Regis totius vniuersi, non  
modo sol retrorsum redijt, verum etiam  
lumine suo priuatus est, vt intelligeremus  
infirmam illam, indicium esse salutis  
animarum nostrarum, & mortem hæc  
sempiternam nobis vitam conferre.

Alterum est S. Athanasij, qui dicitur  
co in Christi Passione & morte, solem oc-  
cultatum fuisse, vt crederemus, per hæc  
mortem, veterem hominem emori, & re-  
tiuitati noui hominis, ac nouæ creaturæ,  
quæ principium & lucem suam habuit  
erat in Salvatore, initium dari: Ideo, in-  
quit, *in salutifera Passione, non apparuit*



indicans finem prioris creatura adesse, & principium alterius superuenire, qua diluculum suum & exortum in saluatore consecuta est:

quocirca dicitur: *Ecce vir oriens nomen eius.* Zachar. 6.

Tertium est S. Leonis Papæ, qui affirmat cælum ideo turbatum & obscuratum, terramque tremore concussam fuisse, ut hac ratione elementa in Iudæos, aliosque Christi crucifixores, DEO & omnibus creaturis rebelles, sententiam ferrent. *In execrationem*, inquit, *Iudaici sceleris, vnam protulerunt elementa sententiam, cum obscuratis luminibus cali, & conuerso in noctem die, terra motibus quateretur insolitis, vniuersaque creatura impiorum se vsui denegaret.* Serm. 8. de Pass. Dom.

Quartum est, uti S. Bernardus piè contemplatur, quia tam graue fuit peccatum crucifixorum Christi, ut ad solum illius conspectum sol expalluerit, ait enim: *Ad hoc*, id est, ad peccatum crucifixorum, *expalluit & expauit tota machina mundialis, & penè in antiquum chaos sunt omnia resoluta.* 4. Grauitatem peccati crucifixorum.

Quintum est, quemadmodum Theophylactus aduertit, obscuras hasce mundi tenebras demonstrasse, eum qui in Cruce moriebatur, esse Dominum totius vniuersi, cui cælum, terra, & omnes creaturæ insensibiles & irracionales seruibant: quæ Christi homine creatura rationali, adeò infame deicidium perpetraret, amarissimè plora-

tradita sunt à Patre meo.

Zachar. 6.

3. Iudaici sceleris detestationem.

Serm. 8. de Pass. Dom.

4. Grauitatem peccati crucifixorum.

5. Omnium creaturæ planctum propter mortem Christi.

In Matt. 26.



plorabant, idque vt significarent, magno Dionysio affirmante, obscurata & mortua vera luce, fieri non posse, vt alia creatura luceret: *Creatura DEI in ipso vera luce occubitu, lucere non potuit.*

6. *Sextum*, eruitur ex S. Hieronymo, in illa Christi maiestatem. *Isaiæ verba: Non erat ei aspectus neque decore.* S. Hier in *Isaiam.* *Isai. 53.* *vbi ait: Despectus erat Christus, quando pendebat in Cruce. Decorus autem aspectu, quando ad Passionem eius, terra tremuit, saxa dirupta sunt, & fugiente sole, aeternam noctem, elementa timuerunt.*

7. *Septimum*, ex Tertulliano sumi potest, qui dicit, mundum idcirco tenebris velatum fuisse, vt posset ornamento hoc lugubri, DEO suo in Cruce morienti, exequias facere: *Contenebratus inquit orbis lugubre praeceperit officium.*

*Quid sit descendum nobis sit ex prodigio ecclipsis.* Ex his mysterijs in ecclipsi quæ morte Saluatore facta est, adumbratis, atque ex quam plurimis alijs, pietatis & seruitutis (vt ita dicam) officijs, quæ creaturae rationis expertes Christo tum praestiterunt, non solum Christianus cognoscat & formidabit Christi magnitudinem & maiestatem: quamuis enim infirmum & mortalem se monstraret, erat nihilominus supremus & absolutus totius vniuersitatis Dominus, à quo etiam moribundo & mortuo cuncta dependebant: verumtamen



CONSIDERATIO VI. 507

iam discet, de peccatis suis vehementer dolere, eaque assiduis lacrymis deplorare, speciatim illa, quæ à sensualitate oriuntur: quæ intellectum ita obscurant, vt lumine priuatus, in tenebris & obscuritate remaneat, & bonum suum haudquaquam cognoscat.

SECVNDO, expendite tecum, alterum prodigium, quod in Christi Domini morte accidit, veli, videlicet templi discissio:

Ecce velum templi scissum est in duo à summo usque deorsum. Vbi dicitur velum templi, vt intelligamus, non fuisse disruptum velum interius quod erat in Sanctis Sanctorum, sed exterius tantum vt grauissimi testantur autores: quod verè prodigiosum & admirabile fuit, quia sicut sanctus Chryso- stomus ait: Non erat velum hoc templi debile ac ruptu facile, sed fortissimum, quia compositum erat magno artificio, atque contextum ex auro, serico, purpura, hiacinto, bisso, & cocco, quæ colorum varietas, non erat sine ingenti mysterio, quandoquidem exprimebat in se, elementorum & cælestis regionis varietatem, eratque incredibilis magnitudinis, adeo vt totam exteriorem templi partem, à Sanctis Sanctorum diuideret. quemadmodum vult Aristarchus in historia sua de septuaginta interpretibus.

II.

De veli templei scissione.

Marc. 15.

S. Ios. Chryf. Joseph. de bello Iudæo lib. 6. cap. 6.

Aristarchus

Fuit



Fuit quoque signum hoc prodigiosum quia, præterquã quod factum fuit in signi maiestatis eius qui moriebatur, quem modum in morte magnorum principum & regum vexilla discerpi, scuta conteri, & alia similia fieri solent: significat quoque multa alia mystica & mirabilia. *primò* quidem Christus hoc prodigio indicare voluit mysterium quod sanctus Ambrosius declarat cum ait: *Velum scindens quo vel duorum populorum divisio, vel priorum Synagoga profanatio declaratur. dicitur ergo velum vetus, ut Ecclesia nova sua vela suspendat. Synagoga velamen auferatur, ut religionis interna mysteria reuelata mentis cernamus obtutu.*

1.

*Lib. 10. in**Luc.*

Veli templi scissio significauit profanationem Synagogæ.

2.

Apertio portæ celestis.

*Secundum* mysterium, in hoc prodigio nobis adumbratum fuit, quia per mortem Redemptoris nostri, omnibus fidelibus porta celestis Paradisi, qui est verum Dei templum, reuerabatur: ea enim ad hoc que tempus ita occlusa fuerat, ut nec quantumcunque sanctitatis esset, eam penetrare valeret. Colligitur hoc ex ijs quibus Paulus ad Hebræos scribit, iuxta multorum Patrum interpretationem, spectantem Cyrilli Alexandrini, cuius verba ne longior sim, prætermitto.

*Hebr. 9.*

*Cyrril. li. 12. in Ioan. cap. 37.*

3.

Magnorum mysteriorum

*Tertium* fuit quod Origenes his verbis describit: *Velum quod erat a foris, confisus*



est à summo vsque deorsum, vt ab initio mundi vsque ad finem eius conscisso velamine, mysteria publicentur, quæ vsque ad Christi aduentum rationabiliter fuerant occulta. Hinc est, quod cum sacra scriptura & sensus illius teste S. Bonauentura essent velata, significarenturque per decem illa, quæ sub alis Cherubim occultabantur: *Sacra scriptura*, inquit, *est velata, quod significant illa decem, quæ velata sunt sub alis Cherubim*: in morte Christi disrupto hoc velo, mysteria Passionis & nostræ redemptionis ex se humanæ capacitati ignota, fuerint manifestata, & paulatim à sanctis secundum diuinum beneplacitum penetrata, iuxta illud S. Gregorij: *Secundum incrementa temporum, crescit scientia spiritualium Patrum*. Qui longiorem hac de re tractationem desiderat, legat sermonem decimumseptimum & decimum-octauum S. Leonis Papæ de Passione Domini.

Quartum & vltimum mysterium fuit, quod notat Theophylactus, nimirum DEVM voluisse hoc signo demonstrare immanitatem peccati Iudæorum; sicut enim illi videntes vel audientes aliquid, quod ad DEI contumeliam vel offensam redundare videretur, vestimenta scindere consueuerant; ita Christus hanc illorum consuetudinem ad usum adhibens, cum

in Christi morte de-  
tectionem.  
Orig. tract.  
35. in Matth.  
S. Bonau. in  
Psalm. 146.

Homil. 16 in  
Ezech.

4.  
Grauitatem  
peccati Iu-  
dæorum.  
Theophyl. in  
Matth. cap.  
27.

Kk tam



tam enorme delictum conspicaretur, vestimentum templi conscidit.

## III.

De terræ  
motu, in  
Christi Pas-  
sione.

Matth. 27.  
Plin. nat. hi-  
stor. lib. 2.  
cap. 84.

Suet. in Tib.  
cap. 48. Dio.  
lib. 57.

Psal. 17.  
Hebr. 12.

Theophi-  
lactus.

Lib. 4. ad-  
uers. Marc.

TERTIVM prodigium fuit, ingem-

ille terræ motus, quo vniuersus penes ter-

rarum orbis concussus fuit, sicut Euange-

lium testatur, & prophanæ historiae au-

pulantur, quæ addunt quoque duodecim

ciuitates hoc terræ motu in Asia subuersas

fuisse, in signum quod DEVS contra tra-

cifixores Filij sui, propter enorme illorum

scelus iratus esset, iuxta illud Psalmiste

*Contremuit terra & commota est, fundamen-*

*ta montium conturbata sunt & commota sunt,*

*quoniam iratus est eis.* In signum quoque, ut

S. Paulus Apostolus affirmat, magnarum

mutationum & commotionum, quæ in

animabus hominum, in morte Christi ma-

ximè futuræ erant: vel quemadmodum

vult Theophilactus, vt demonstraretur

Iudæis, ingens vltio, quæ capitibus illorum

impendebat, speciatim, quod è terra illa, in

qua tantum scelus contra DEVM & Domi-

num suum designauerant, eijciendi essent.

Significatū præterea fuit hoc prodigio,

sicut Tertulliano placet, DEVM terræ &

omnium elemētorum pati. Nam ideo tre-

muit & concussa est, quia illum in Cruce

pendentem iustinare non poterat: *Eccce v-*

*tem, inquit ille, & elementa concutiantur.*

*Dominus enim patiebatur ipsorum.*



CONSIDERATIO VI. 311

Porro dum in morte Christi terra con-  
tremiscit, & cum illa infernus fortissime  
concutitur: disce tu etiam peccator, seue-  
ram Dei iustitiam metuere: si enim illa ad-  
ed rigida in Filium qui omni virtute & in-  
nocentia virebat & florebat, extitit, quid  
de te ligno sicco, abiectoque & perfido  
mancipio faciet? Recordare saepenumero  
illorum Christi verborum: *si in viridi lig-*  
*no hoc faciunt, in arido quid fiet?*

Peccator  
metuere de-  
bet DEI  
iustitiam.

Luc. 23.

Præterea dum terra tremat, & cum il-  
la omnes simul plantæ commouentur, flo-  
rumque pulchritudo obfuscatur, eod quod  
illorum principium deficeret, & fortissi-  
ma illa columna, à qua sustentabantur,  
fueret: disce tu quoque in DEO benè fun-  
datus esse, & rebus terrenis ac sensualibus,  
quæ te separant ab illo, non nimium pasci  
& delectari.

Considera cum supradicto terræ motu  
aliud coniunctum fuisse prodigium, dis-  
scissionem videlicet petrarum, sicut Euan-  
gelistæ testantur: *Et petrae scisse sunt:* inter  
quas petras, quæ pluribus in locis in Chri-  
sti morte disruptæ fuerunt: multi volunt  
fuisse quoque montem Caluariæ, qui duas  
in partes diuisus, crucem improbi latro-  
nis ex vna, Crucem verò Christi cum cru-  
ce probi latronis ex altera parte, reliquit:  
Superliminare tēpli quod totum scissum

De petra-  
rum scis-  
sione.

Matth. 27.  
Cyrill. Ca-  
tech. 13.  
Hier. epist. 1.  
130. 7. 8.

Kk 2 fuit:



fuit: in Italia quoque promontorium Caietanum, & montem Auernum, qui variis modis patuerunt (quemadmodum nostris quoque temporibus cerni potest) ut non modò essent viua, verumetiam stupenda testimonia Maiestatis Christi, qui patiebatur. Ex quo aduertitur potest, quanta admiratione dignum sit, videre petras Christo patiente, ex sola commiseratione discindi: & hominum corda longè quibusuis etiam adamantibus duriora esse. *Populi runt cor suum adamantem:* etenim non modò non commoti fuerunt hoc spectaculo, verumetiam tam feri & duri cordis extiterunt, ut cor Christi transfodere, tantamque impietatem in DEVM committere non erubuerunt.

## IV.

De apertione monumenti.

*Matth. 27.*

*3. part. 9.*

*46. art. 4.*

*Catech. 13.*

QUARTVM prodigium fuit monumentorum apertio, prodigium sanè maximum mortis Christi: *Et monumenta aperta sunt:* quod non tantum ut nonnulli volunt, effectus fuit ingentis terræ motus, sed factum quoque fuit ex speciali Dei prouidentia, ut nimirum demonstraretur, efficacia mortis Christi, cuius virtute mortuis vita, & sanctis immortalitas conferebatur; Vnde S. Thomas ait: *Aperta sunt monumenta ad ostendendum, quod per eius mortem, mortuis vita daretur.* Et sanctus Cyrillus Hierosolymitanus inquit: *Deposuit*

sol pro  
per s  
sunt.  
est in  
non ha  
VI  
Christi  
eiecer  
ptura  
Lecto  
rias, &  
action  
in diu  
pulch  
pore  
uinas  
H  
uimu  
mult  
in m  
cuius  
la, qu  
ta fu  
mus e  
Hier  
runt  
I  
Christi  
coll  
Ron



*Sol* propter iustitia Solem: petra scissa sunt, propter spiritualem Petram; sepulchra aperta sunt, & mortui surrexerunt propter eum qui est inter mortuos liber, & emisit eos de lacu non habente aquam.

Vbi considera, si sepulchra in morte Christi aperta fuerunt, & mortuos foras eiecerunt, eò quod autorem vitæ susceptoræ essent, decere quoque Christiane Lector, vt & tu sepulchrum cordis tui aperias, & mortuos malarum ac peruersarum actionum, atque omnem insensibilitatem in diuinis obsequijs foras expellas, & sepulchrum DEI viui effectus, omni tempore promptus & dispositus maneat ad diuinas inspirationes suscipiendas.

His prodigijs quæ hæcenus considerauimus, annumerari quoque possunt alia multa admiranda, quæ grauissimi autores in morte Christi euenisse fidem faciunt, cuiusmodi primum esse possunt, voces illæ, quæ in templo Hierosolymitano audita fuerunt Angelorum dicentium: *Migremus ex his sedibus*: quemadmodum sanctus Hieronymus, Chrysostrum, & alij referunt.

*De alijs prodigijs quæ in morte Christi acciderunt.*

*S. Hier. ep. 150. q. 8. Chrysostrum. Euseb. Bar. tom. 1.*

*Euseb. de prep. lib. 5. cap. 9.*

Illud quoque quod Eusebius in morte Christi accidisse refert, & ex Plutarcho colligi potest: videlicet, cum eodem die Romani, quidam ex AEGYPTO in Italiam

Kk 3 nauis



nauigarunt, & insulis quas Echinadas vocant appropinquarent, auditam fuisse vocem nauclero præcipientem, vt ad portum appulsus diceret: *Magnus Pan mortuus est*: quod cum ab illo factum fuisset, resonauerunt extemplò voces tremende & ululatus terribiles, dæmonum locum illum inhabitantium, quasi de hoc numquam ipsis pernicioso, plurimum dolerent.

Aliud etiam Paulus de Pallatio recepit, quod ex reuelationibus S. Brigide desumptum est, ipso videlicet momento, quo Christus animam exhalauit, omnes homines sensisse subitaneas quasdam timoris & horrois perturbationes, quarum causas ignorabant.

Expende præterea non esse mirandum quòd cælum, terra, & creaturæ omnes stupendas in morte Christi commotiones ostenderint: si enim ob eam tantummodo causam, quòd DEVS à populo suo esset derelictus Propheta exclamauit: *Obstupescite cali super hoc, & porta eius desolamini vehementer*: quid putas illos facturos fuisse, quando eundem non modo derelictum & odio habitum, verumetiam occisum & mortuum conspexerunt?

Cæterum super omnia consideratione dignum est, quod de hac creaturarum perturbatione notat S. Cyprianus his verbis:

*Jerem. 2.*

*Lib. 2. de homino penitent.*



Cum ad crucem Domini confundantur sydera,  
 elementa turbentur, contremiscat terra, nox  
 diem claudat, sol ne Iudaorum facinus videre  
 cogatur, radios & oculos suos subtrahat; ille  
 non loquitur, nec mouetur, nec maiestatem suam  
 sub ipsa saltē Passione profitetur: vsque ad finem  
 perseueranter & iugiter tolerantur omnia, vt  
 cōsumetur in Christo plena & perfecta patiētia.

DENIQUE vt hoc caput concludā, con-  
 sidera cum S. Augustino, duo potissimū ex  
 hisce prodigijs & cōmotionibus creatura-  
 rum nobis sumenda esse, quorū primum est,  
 quod quamuis Christus vt malefactor iu-  
 dicatus, vt reus & sceleratus Cruci affixus,  
 atque à DEO derelictus esse videatur, at-  
 tamen nō deesse miracula, signa & prodigia,  
 que innocentiam eius, & virtutū integritatem  
 demonstrent: *Quamquam tu* (inquit il-  
 le loquēs ad Christum) *videaris vt maleficus  
 crucifixus, vt flagitiosus & impius: quamquam  
 videaris à DEO derelictus: non desunt mira-  
 cula, non deest virtutum abundantia.*

Alterum est considerare quanto dolore  
 correpta fuerit mater, cum ex morte Filij  
 eius creaturæ rationis expertes tam vehe-  
 mentem dolorem haurirent: *Cogitare libet.*  
 (inquit idem) *quantus dolor tunc fuerit ma-  
 tri, cum sic doleant quæ insensibilia sunt: non  
 lingua loqui, non mens cogitare valebit, quanta  
 dolore tenebatur anima Maria.*

Kk 4 Ad.

Serm. de  
 Pass. Do-  
 mini.  
 Quæ nobis  
 ex his pro-  
 digijs docu-  
 menta su-  
 menda sint.



Serm. 13. de  
Paß.

Ad aliam quoque considerationem vtilissimam in hac ipsa materia inuitat nos LEO Papa his verbis: *Contremiscat in demptoris sui supplicio terrena substantia, rempantur infidelium mentium petra, & qui mortalitatis grauantur sepulchris, discussa obstaculorum mole, prosiliant: appareant nunc quous in ciuitate sancta in Ecclesia DEI futura resurrectionis indicia; & quod gerendum est in corporibus, fiat in cordibus.*

*INVENIRI IN S. CRUCE  
paradisum quemdam spiritualium deliciarum: cumque esse vltimum  
Passionis Christi effectum.*

## CAPVT V.

Genes. 2.

**Q**UEMADMODVM in mundi cordio Paradisum quemdam omnium temporalium deliciarum DEVS plantauit, iuxta illud Geneseos: *Plantauit autem DEVS Paradisum voluptatis à principio: qui tum propter loci amœnitatem, tum propter plantarum pulcherrimarum varietatem, tum propter fructuum elegantiam, tum propter aquarum limpidissimarum copiosas scaturigines homini magnæ esset voluptati & recreationi: ita quoque in principio quando DEVS fundauit*



CONSIDERATIO VI. 517

dauit Ecclesiam, voluit ad maiorem animarum fidelium voluptatē, alium quendam Paradisum spiritualium deliciarum in ea plantare, idque beneficio S. Crucis & Passionis suæ. Vnde nonnulli per hortum illum ad quem inuitatur sponsa à sponso dicente: *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham mane cum aromatibus meis.* Cant. 5. Passionem illius intelligunt. Verè enim Passio aliud nihil fuit, quàm messis quædam myrrhæ, id est, omnium amaritudinum nostrarum, quæ aromatibus virtutum Christi permixtè dulcissimè & iucundissimè redduntur.

Cruz est hortus deliciarum spiritualium.

Alij quoque non minus sapienter Passionem Christi figurari existimant in montibus & collibus, quos Propheta Ioel dulcedinem, lac, & mel stillaturos esse prædixit: *In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte:* Ioel. 3. quasi mons Caluarie & collis S. Crucis, post Christi in carne Passionem, reddituri essent, dulcem ac delectabilem omnem tribulationem & Crucem nostram, instar mellis & lactis, quæ symbolum sunt omnis dulcedinis; & quod aliàs erat amarum, voluptatem & delicias modò stillat: iuxta illud Apostoli: *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* 2. Cor. 7.

Cum igitur vnum ex præcipuis S. Crucis & Passionis Christi effectibus sit, quòd

Kk 5 in il-



Comparatio  
terrestris  
Paradisi cū  
spirituali.

in illa hortus amenissimus & delectabilis-  
simus omnis gratiæ, consolationis, & spi-  
ritualium deliciarum inueniatur: vt hoc  
melius, apertius, & planius fiat, in præsen-  
ticipite spiritualem hunc Paradisum, terre-  
stri varijs & vtilissimis considerationibus,  
æquiparabimus.

I.

Cruce est lo-  
cus delecta-  
bilis.

PRIMO igitur considera, hortum  
lum terrestris Paradisi, quem DEVS ad re-  
luptatem & recreationem hominis condi-  
dit, fuisse locum delectabilem & delicias  
redundantem: at multò maiore iucunde-  
tate & delectatione refertum esse spiritua-  
lem hunc S. Crucis & Passionis Christi  
hortum, omnibus considerationi illius in-  
cumbentibus, & quibus suauissimos illius  
fructus gustare concessum est: vsque adeo  
vt S. Leo Papa affirmet, inter omnia Chri-  
sti opera nihil esse delectabilius & iucun-  
dus, quàm Passionis ipsius consideratio-

Serm. 10. de  
Pass.  
Iucundissi-  
mū est cōsi-  
derare Chri-  
sti Passio-  
nem.

Serm. 6. in  
Cant.

nem: *Quid enim, inquit ille, inter omnia ope-  
ra DEI, in quibus humana admirationis fate-  
gatur intentio, ita contemplationem mentis me-  
stra & oblectat & superat, sicut Passio salu-  
toris?* idem sanctus Bernardus testatur, qui  
latè fuseque differens de voluptate quam  
percipit anima, quæ in contemplatione  
spiritualis huius Paradisi fructuosè occu-  
patur, inter alia sic ait: *Foderunt manus eius  
& pedes, latusque lancea forauerunt, & pro-*



has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo, id est, gustare & videre quam suavis est Dominus. Et paulò post, cum posuisset differentiam, quæ est inter videre DEVM in cælis, & videre illum in Cruce, dicit: *sublimis in regno, sed suavis in Cruce.*

Ex Paradiso præterea terrestri facilis homini futurus erat aditus in regnum cæleste, at multò facilior semita ad hoc regnum, est semita S. Crucis: imo, illa est unica scala, per quam ad cælos ascenditur, vti est communis sanctorum Patrum opinio, illis Beati Pauli Apostoli verbis innitens:

*Oportet nos per multas tribulationes intrare* Luc. 23.

*in regnum cælorum.* Bonus quoque latro probè cognouit, hanc esse verissimam ac compendiosissimam ad regnum cæleste scalam, ideo ad vsum illam adhibuit, quando ad Christum ait: *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum.* Quæ verba

S. Bernardus notans ait: *Hæc est enim via vi-* Serm. 1. de Dom. Palm.  
*ta, tribulatio presens, via gloria, via ciuitatis habitaculi, via regni, secundum quod clamat latro de cruce: Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum: euntem in regnum videt, quo cum peruenisset, sui memorem esse rogauit, peruenit ergo etiam ipse: sed si vis nosse quam compendiosa via? eodem die meruit cum ipso esse in paradiso.* Pulcherrima

fanè

Cruce est vera & compendiosa ad cælum semita.

Serm. 1. de Dom. Palm.



fanè consideratio, qua apertè sanctus Bernardus demonstrat quàm vera, quàm brevis, quàm secunda ad cæleste regnum seminata fit Crux, latronis exemplo, qui in cruce Christo sociatus, eadem die cum illo in paradiso esse meruit.

II.

Crux est arbor vitæ.  
 Numer. 21.  
 Ios. 8.  
 Ierem. 11.  
 Exod. 15.  
 D. Ambros. serm. 23. lib. de ijs qui iniuriatur sacris myster. cap. 3. Orig. l. 8. super Ierem.  
 D. Greg. lib. 12. mor. c. 3.  
 Cyrill. Alex. lib. 8. in Ioan. ap. 17. & alij.  
 Hieronym. in cap. 9. Ezechiel.

Deuter. 28.

SECVNDO, expende tecum quemadmodum in terrestri paradiso pretiosa vitæ arbor fuit; ita quoque in spirituali paradiso Passionis Christi, esse arborem S. Crucis, quæ appellatur vitæ, quia fructus illius est Christus vitam præbens cunctis mortalibus, quòd autem S. Crux sit verum lignum vitæ, quod mundo salutem attulit, multis figuris veteris testamenti apertè demonstrari, & SS. Patrum autoritatibus confirmari potest.

Considera ergò arborem hanc S. Crucis, præter alias figuras, iuxta S. Hieronymi, Tertulliani, & aliorum opinionem in signo *Tau* figuratam fuisse. Nam apud Aegyptios Hieroglyphicum Crucis, quòd signo *Tau* simile erat, vitam significabat, ad differentiam *Thitæ* græcorum, quæ denotabat mortem; quemadmodum historici sacri testantur. Et quoniam Crux in signo *Tau*, quod vitæ symbolum erat, fuit figurata, idcirco in Deuteronomio, directo ad Synagogam sermone, legimus: *Erit vita tua quasi pendens ante te.* quibus verbis præ-



CONSIDERATIO VI. 521

prædicatur Crux Christi, in qua appen-  
dendus erat fructus vitæ nostræ, & oculis  
fidelium præsentandus, vt eo gustato, vi-  
tam inde consequerentur immortalem:

*Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.*

Ioan. 6.

Nobilitas  
arboris S.  
Crucis.

Reuolue tecum quanta sit nobilitas ar-  
boris huius, cuius radices fuerunt humili-  
tas & paupertas: cuius cortex labor & pa-  
tientia: cuius rami doctrina & virtutes:  
cuius flores, puritas & castitas: cuius odor  
sobrietas: cuius pulchritudo, obedientia:  
cuius splendor fides: cuius firmitas, spes:  
cuius fortitudo, patientia: cuius longitu-  
do, perseverantia: cuius latitudo concor-  
dia & vnio fraterna: cuius altitudo cha-  
ritas: cuius denique fructus fuit vita æ-  
terna.

Intuere quoque alias qualitates fructus  
huius vitalis, & primò, pulchritudinem  
eius: quoniam sicut prima nostri generis  
mater Eua fructum vetitum in paradiso  
terrestri aspiciens, venustate eius inescata  
est, iuxta illud Geneseos: *Vidit mulier quod  
bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum  
oculis, aspectuque delectabile:* ita nobis quo-  
que maximi æstimanda est pulchritudo  
fructus arboris huius, qui est Christus: de  
quo S. Augustinus posteaquam declaraf-  
set, quibus hic fructus non videatur esse  
speciosus, ita concludit: *Nobis ergo iam cre-  
denti-*

Y.

Pulchritudo  
illius.

Christus est  
fructus lig-  
ni vitæ.



Serm. in  
Psalm. 44.

dentibus, ubi q<sup>3</sup> sp<sup>3</sup> pulcher occurrat: Et patet  
lò post: Pulcher in celo, pulcher in terra, pul-  
cher in utero, pulcher in manibus parentum,  
pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pul-  
cher inuitans ad vitam, pulcher non curans  
mortem, pulcher deponens animam, pulcher  
recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepul-  
chro, pulcher in celo, pulcher in intellectu.

2.

S. Anselm. in  
Cant.

Cant. 5.  
Suauitas  
fructuum  
huius ar-  
boris.

Deinde considera suauitatem & dulcedi-  
nem fructus huius, de qua S. Anselmus  
cum illum canticum canticorum intelligit  
Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum  
cum lacte meo: ideoque omnes exhortatur,  
vt dulci & pretioso hoc fructu, ad nutri-  
mentum nostrum ordinato, se expleant.  
Festina, inquit, ne tardaueris comedere fructum  
tuum cum melle tuo, bibe vinum tuum cum lacte  
tuo: sanguis tibi in vinum conuertitur vt me-  
brieris, in lac aqua mutatur, vt nutriaris.

S. August. in  
Psalm. 117.

S. Augustinus quoque explicans verba  
illa Psalmi: Circundederunt me sicut apes  
ostendit quam dulcis & suavis sit iste fru-  
ctus, his verbis: Ipsum Dominum recte apes  
circundatum à persecutoribus, sicut circun-  
dant opes fauam. Mel quippe apes operatur in fa-  
uis. Nescientes autem persecutores Domini fe-  
cerunt eum nobis in Passione dulciorem, vt ge-  
stemus & videamus quam suavis est Dominus.

4. Reg. 4.

Legimus in libris Regum, quod cum  
Heliseus filios Prophetarum inuitasset, in  
malis



mulos eius, herbas quasdam agrestes, sed amarissimas in ollā iniecisse & coxisse, quæ cū manducari nō possēt, exclamarūt: *Mors est in olla*: At Helise<sup>o</sup> cū paululū farinæ illis cōmiscuisset, dicit scriptura, *nō fuisse ampli<sup>o</sup> quidquā amaritudinis in olla*: qua figura demonstratur, ollā vitæ nostrę plenā esse amaritudine, & mundū nihil aliud esse nisi fel & mortē: nec quicquā leuare posse hanc amaritudinē, eāq; sapidā ac gustui delectabile reddere, nisi farinā, per q̄ significatur corpus Christi pendentis in cruce: sicut enim granū vt in farinā reduci & panis inde fieri possit, opus est vt bene mortificetur, tundatur, & molatur; ita granū quoq; corporis Christi in Passione & morte nō tantum fuit cōtusum, mortificatū ac molitū, sed penē totum in nihilū redactū, vt fieret nobis panis sapidissim<sup>o</sup> & cib<sup>o</sup> suauissim<sup>o</sup>.

Tertio considera fructum hunc non solum esse aspectu delectabile ac gustui gratum, sed etiam habere virtutem sustentandi & impinguandi animam, quam in gratia & virtutibus crescere facit. Testis huius rei est Tertullianus, dicens: *Ore percipis corpus Domini, & intus Deo anima saginatur*: Et Euseb. *Cibus hic reficit non deficit, vsu proficit, & sui crescit expensis*: in quo vides differentiam cibi huius ab alijs cibis, illi enim sustentando esse suū amittūt: hic verò quāto magis

3.  
Fructus arboris s. Crucis animam impinguat.

De carne Christi:



magis sustentat, tantò amplius virtutem suam ostendit, nec vnquam diminitur.

Marc. 5.  
A sex infirmitatibus liberat nos fructus S. Crucis.

Quando Christus filiam Archifynagogi à mortuis excitauit, iussit ei statim cubum porrigi; vt daret nobis intelligere: iam si anima aliqua à Christo resuscitata per gratiam, non posse eam longo tempore in hac vita cõseruari, nisi fructum huius vitalis manducet, qui non tantum mortis & retinet nos in vita: verumetiam à multis & magnis malis & infirmitatibus spiritualibus nos liberat.

1. Quarum prima est, ignorantia siue cæcitas mentis, quam Dominus ab anima tollit, illuminando eam in intellectu, beneficio huius fructus, & replendo eam virtute, atque alijs donis quibus perfectior fit: qualia sunt sapientia, scientia, consilium, & prudentia.

2. Secunda, quæ per fructum hunc profertur tollitur, est, dubitatio quædam hominis interioris, id est, instabilitas siue obliquitas affectionis, per quam impeditur mens ne ad DEVM rectà gradiatur, iuxta illud Psalmi: *Claudicauerunt à semitis suis: Et illud ad populum Israeliticum: Vsq; quo claudicatis in duas partes.*

Psal. 17.

3. Reg. 18.

3. Tertia infirmitas est lepra animæ, id est, feritas carnalis concupiscentiæ, quæ cõ-



muniter in diuitibus & potentibus regnat; hanc autem tollit Christus, hominem à vitij gulæ, & luxuriæ emundando, fructus huius virtute.

Quarta est, surditas & durities animæ, siue rebellio contra DEI verbum, quam Christus tollit emolliendo mentem gratia sua, quæ in hoc fructu continetur, vt docilis & obediens fiat, quemadmodum Dominus per Ezechielem se facturum prædixit: *Spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* 4. Ezech. 36.

Quinta est mors animæ, id est, separatio illius à DEO per peccatum mortale: hanc tollit Christus, viuificando animam per charitatē, vel excitando illam ad pœnitentiam: quæ diuini huius fructus effecta sunt. 5.

Sexta est paupertas, id est, defectus gratiæ & virtutum: hanc tollit Christus per eiusdem gratiæ infusionem, speciatim faciendo vt suauitatem sepe dicti fructus degustet: Idem esto iudicium de multis alijs similibus infirmitatibus. 6.

Propter eandem quoque causam præcepit Christus discipulis, vt turbis se sequentibus in deserto cibum ministrarent: *Quia Marc. 8. si dimisero eos ieiunos deficient in via: vt tu 3. Reg. 19. nimirum intelligeres te defecturum in via DEI, nisi sæpenumero de fructu hoc*



Idem fructus animam roborat.

manducaueris: etenim si panis Helleo Angelo porrectus, tantas ei vices suppeditauit, vt quadraginta diebus & noctibus sine cessatione iter ageret, quousque ad montem DEI perueniret: quanto maiorem fortitudinem subministrabit anima, iste fructus vitæ, vt virtutem & vigorem viriliter decertandi contra hostes acquirere: & longa in vita spirituali itinera, magnosque in studio perfectionis progressus facere, ac denique quàm expeditissimè ad montem cælestis beatitudinis peruenire valeat. De hac virtute, fortitudine, ac vigore viriliter decertandi, quem anima beneficium huius fructus, quem DEVS in paradiso spirituali nobis præparauit, adipsi scitur: Propheta Dauid loquitur quando ait: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me:* Et S. Chryl. quando confirmat, Christianos à mensa, in qua fructus hic manducandus proponitur, discedentes, similes esse leonibus, atque demonibus non parum fieri formidabiles: *Tanquam leones,* inquit, *ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo formidabiles:* Cū igitur adeo debilis existas, vt in tationibus facillimè supereris, manduca frequenter hunc cibū, & roga eum, vt tibi vigorem & fortitudinem ad omnes hostes tuos, etiamnesque præsentis vitæ aduersitates vincendas subministret.

*Psal. 22.  
Hom. 61. ad  
popul.*



Quartò expende tecum, aliam quoque  
 diuini huius fructus deliciosissimi horti S.  
 Crucis, virtutem: quod nimirum homi-  
 nem immutet ac transformet in DEVM,  
 docens illum veram scientiam boni & ma-  
 li. Concupiuit olim homo similis esse  
 DEO, per esum fructus arboris vetiti: *Eri-*  
*tis sicut Dii scientes bonum & malum:* At voti  
 compos effectus non est, quia pro vita  
 mortem accepit: verum in spiritali hoc  
 Paradiso, DEVS desiderium hominis ad-  
 implet, aliumque illi cibum suppeditat,  
 ex cuius esu in DEVM transformatur,  
 iuxta illud Christi: *Qui manducat meam*  
*carnem, in me manet & ego in eo.* Vnde san-  
 ctus Augustinus ait: *Cibus sum grandium,*  
*creste, & manducabis me; nec tu me in te*  
*mutabis, sed tu mutaberis in me.*

Hic autem est vnus ex excellentissimis  
 effectibus sacrosancti cibi & pretiosi fru-  
 ctus spiritalis huius horti sanctæ Crucis,  
 à cuius commestione nemo à DEO arce-  
 tur, quemadmodum ab illo terrestris Pa-  
 radisi: imo DEVS ipse non modo effica-  
 citer omnes ad manducandum deliciosum  
 hunc fructum inuitat, dicens: *Comedite*  
*amici, & inebriamini charissimi:* verum-  
 etiam vim adhibet, propterea enim de  
 illis qui ad cænam ab ipso paratam inui-  
 tati fuerant, dicitur: *Compelle eos intrare:*

Ll 2 nec

4.  
 Fructus ar-  
 boris S. Cru-  
 cis hominē  
 in DEVM  
 transfor-  
 mat.

Genes. 3.

Ioan 6.  
 Lib. 7. conf.  
 cap. 109.

Lue 14.



nec quisquam foras expellitur, etiam cæcus, claudus, aut pauper sit, modeste ptiali veste indutus inueniatur.

Operam da igitur, vt quam sæpius panem hunc, & fructum degustes, illum quum roges vt te in se conuertat; quando ita manducaueris, poteris dicere verba hæc: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*, quia dum nos in Christum conuertimur, dicere possumus, carnes Christi esse carnem nostram.

Totis præterea viribus enitere, vt omnibus huius mundi voluptatibus te spoliés, & cum Propheta dicere possis: *Rem consolari anima mea, memor fuit DEI & lætatus sum.*

## III.

In horto S. Crucis multa sunt arbores fructiferae, & flores odoriferi virtutum.

TERTIO, reuolue tecum, quemadmodum in terrestri Paradiso præter prædicta, fuit quoque magna varietas aliorum florum odoriferorum, & amabilium fructuum, ad vtilitatem & oblectationem hominis: ita quoque multo sine computatione numerosiore, bonitateque & virtute maiorem reperiri in spirituali hoc Paradiso Passionis & Crucis Christi: hic enim plantata est fecunda illa oliua misericordiae: *Quasi oliua speciosa in campo*. Hic radices fixit, palma illa victricium & triumphantium: *Quasi palma exaltata super cades*. Hic copiose multiplicatam certis

*Genes. 2.*

*Psalm. 76.*

*Eccles. 24.*

*Ibidem.*



CONSIDERATIO VI. 529

gnus Cedrum illam Libani, constantis in omnibus virtutibus perseverantiæ: *Sicut Psalm. 91. cedrus libani multiplicabitur.* Hic maximo- perè dilatatam vitem illam conspiciamus, quæ palmitibus suis vniuersam penè ter- ram obumbrat: *Ego sum vitis, vos palmites. Ioan. 15.* Hic vbertim prouenit vinum illud amo- ris, quo sancti in cælesti gloria inebria- buntur: *Et inebriabuntur ab vbertate domus Psalm. 35. tua.* Hic vehementer multiplicata vide- mus poma illa granata, & nuces, quas sponsus in Canticis Canticorum inspicere cupiebat an fructum proferrent: *Descendi Cant. 6. in hortum nucum, vt viderem poma conual- lium.* Hic magna in copia producantur fructus honestatis & puritatis: *Flores mei, fructus honoris & honestatis.* Hic nascuntur candida castitatis & virginitatis lilia, inter quæ sponsus pascitur: *Qui pascitur inter li- Eccles. 24. lia. Cant. 6.* Hic plantatæ sunt rubicundæ & odori- feræ rosæ Hiericho, id est, fragrantissimæ *Eccles. 24. Cant. 4. Eccles. 24.* virtutes, Hic denique reperire licet myr- rha mortificationis, balsamum incorru- ptionis, & alios innumerabiles flores & fructus, omnis virtutis & sanctitatis.

Reliquum est anima fidelis, vt multa cum sollicitudine odoriferos hosce flores, & suaues fructus colligas, atque cum spon- sa dicere possis: *Fasciculus myrrhæ dilectus Cant. 1. meus mihi, inter vbera mea commorabitur:*

L1 3 Nam



Nam hi fructus & odores eximiarum virtutum, quas Christus in Passione sua de Cruce ostendit, ac docuit, teste sancto Bernardo nutriunt & roborant paruulos, & que lactantium matrum mamillas replet, ideoque à nobis sollicitè colligi, & tantum brachijs, sed etiam medullis cordis inseri, & omni tempore præ oculis haberi debent: *Hoc, inquit ille, viscera vbera paruulorum, hoc replet vbera matrum, & vobis eo inter vbera mea commorabitur, hunc vos dilectissimi tam dilectum fasciculum colligite vobis: hunc medullis inserite cordis: munite aditum pectoris, vt & vobis in terra commoretur, habete illum semper, non in humeris, sed antè præ oculis.*

Serm. in  
Cant. 43.

## IV.

In horto S. Crucis sunt flumina abundantissima aquæ viuæ & salutatis.

Psalm. 142.

QUARTO considera, quemadmodum in terrestri Paradiso erant quatuor flumina, quæ cum in vniuersam terram se diffunderent, fecundabant eam auro, argenteo, lapidibus pretiosis, atque omnibus bonis fertilem reddebant: ita quoque in celo hoc Paradiso S. Crucis, vbertim scaturit, quam plura flumina aquæ salutatis, quæ animas nostras fecundant, quæ sine illis essent sterile: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi: faciuntque vt aurum purissimum caritatis, argentum gratiæ, & omnia alia bona quæ tum in hac, tum in altera vita sperare possumus, producant,*

Deus



CONSIDERATIO VI. 531

De his fluminibus, ex horto S. Crucis proficiscentibus, multi locum illum Isaïæ intelligunt: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris*: quamuis enim nonnulli velint, hosce fontes, de quibus Propheta loquitur esse septem Sacramenta, ex quibus aque gratiarum in nos deriuantur: nihilominus affirmare possumus, eosdem fontes aquæ salutiferæ esse vulnera Christi crucifixi. Cuius rei testis est Ambrosius, dicens: *Non tabes mortis de vulnere eius, sed fons vita scaturiuit, ut scriptura nos edocet, & saliet aqua cum delectatione de fontibus saluatoris; exiliuit enim de vulnere aqua, ut nos biberemus salutem.* Idem S. Leo Papa confirmat inquit ad Christum: *Crux tua omnium fons est benedictionum, omnium causa gratiarum.* Ad hos fontes anima pia necesse est vt accedas, si omne bonû inuenire desideras. Nam quemadmodum antiqui patres & Patriarche vt Origenes notat, iuxta puteos inuenerunt sponfas, quibus cõiungerentur: ita nos quoq; ad horû fluminum ripam, inueniemus gratiã, qua sanctificati, efficiemur sponsæ DEI, eiq; in omnẽ æternitatẽ cõiungemur: *Sponsabo te mihi in fide.*

Caterum, si vnumquodq; vulnus Christi, est fons specialis, è quo vberissima salutis flumina scaturiunt, considera, quantus fons sit sacratissimum vulnus lateris eius?

Isai. 12.  
Vulnera Christi sunt flumina & fontes benedictionum.

In illud Psal. 32.  
Miser factus sum & curuatus.  
Serm. 6. de Pass.

Quatuor a-  
quarû gra-  
tia genera, è  
vulnere la-  
teris Christi  
scaturientia.

Ll 4 imo



imo quàm vastum & profundum pelagus  
de quo sancto Bernardo affirmante, qua-  
tuor ingentia flumina, id est, quatuor  
quarum gratiæ genera, quibus vniuersa  
Ecclesia copiose irrigatur: *Pro Paradiso*,  
inquit, quem perdidimus, constitutus est nobis  
*Christus Saluator*. sicut ergo de vno fonte pa-  
disi deriuantur quatuor flumina ad irrigan-  
dum paradisum: ita de pectoris eius arcano pro-  
cedunt quatuor fontes, ex quibus hauriun-  
tur quatuor aquarum genera; vnde tota per  
vniuersum mundum irrigatur Ecclesia.

Serm. 66.  
par.

Primus ve-  
ritatis fons  
aquis iudi-  
ciorum re-  
ctorum pro-  
ferens.

Confidera hic varios effectus horum  
quatuor fluminum è sacratissimo Christi  
pectore egredientium; quorum primus  
iuxta sancti Bernardi distinctionem ap-  
pellatur fons veritatis; secundus sapien-  
tiæ; tertius virtutis; quartus amoris. Ex  
primo fonte veritatis deriuantur aquæ,  
eodem Bernardo teste, iudiciorum iusto-  
rum & rectorum, quibus discerni queat,  
quid licitum, quid illicitum sit, iuxta il-  
lud Dauidis: *De vultu tuo iudicium meum  
prodeat, oculi tui videant aequitatem*: quibus  
verbis Propheta indicare voluit, vera iu-  
dicia procedere à veritate, quæ per faciem  
DEI intelligitur, quia, dum considera-  
mus illum videre, examinare, & metiri  
omnes æquitates & iustitias: illum præ-  
terea esse ordinem & ordinatorem totius

Psalm. 26.



uniuersi, ac regulam omnium rerum perfectissimam, diuina illius iudicia diligimus; & aduertendo, quàm illa in semet ipsis recta & iustificata sint, super omnia æstimamus. Vnde Dauid ait: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsis; desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Psal. 18.

Ex secundo fonte sapientiæ, scaturiunt aquæ salutarium consiliorum; quarum beneficio videmus, quid nobis deficiat, quidque magis expediens & utile sit, ad ambulandum expeditissimè ad cælestem patriam. Ex hoc fonte omnes sancti, abundantissimas aquas hauserunt, non tantum sibi, verumetiam posteris suis. Ex eodem sapientissimus Paulus Apostolus, plurima salutifera hausit consilia, pro omni sexu, ætate & conditione, quemadmodum ex illius epistolis colligi potest. Exempli gratia: in prima ad Corinthios epistola ait: *De virginibus preceptum Domini non habeo, 1. Cor. 7. consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino ut sim fidelis: quod perinde ac si dixisset: Ex fonte sapientiæ Christi, hausi thesaurum castitatis, ideoque, ut pro misericordia à Domino mihi præstita, gratus & fidelis sim, vos illius participes facio, & virginitatis seruandæ consilium subministro. Idem esto iudicium de alijs.*

Secundus fons sapientiæ, aquas salutarium consiliorum mittens.



Confidera præterea, si riuuli fontis huius, id est, sancti, tam copiosam salutarium consiliorum aquam nobis suppeditant: quanto vtiliora, salutariora, & abundantiora consilia, anima pia, haustura sis, ab ipsomet Christo vero sapientiæ fonte, si illi te adiunxeris? Sed metuo, ne iure optimo dici possit: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: & non est qui ascultet: quamuis enim sapientissimus hic consiliarius, non desinat vociferari, & illuminare omnes homines saluberrimis consilijs suis: defunt tamen qui audiant: vel si à nonnullis audiantur & non periciantur, idem illud est, ac si non audirentur: hoc autem verum esse, patet ex paucitate eorum, qui ex salutari hoc fonte fructum capiunt, & magnum hunc consilium aliqua in estimatione habent, de quo in Prouerbijs idem conqueritur: *Deperxistis, inquit, omne consilium meum, & inuersiones meas neglexistis, ego quoque in inuersione vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis euenerit.**

*Prou. 1.*

*Ibidem.*

*Tertius fons virtutis, aquas praesidiorum scaraxiens.*

Ex tertio fonte virtutis, aquæ praesidiorum profluunt: ea autem est duorum generum: vnà, quæ à peccatorum maculis nos mundat & abluit; altera, quæ vires & auxilium in supplicijs & ærumnis huius vitæ suggerit. Primæ aquæ multa insignia habet



habemus exempla efficaciam ipsius demonstrantia; sed speciatim considera, id quod sanctus Matthæus refert de muliere sanguinis fluxum patiente quæ cum omnes facultates suas in medicos expendisset, demum ad fontem hunc accedere statuit, dicens: *Si tetigero tantum simbriam vestimenti eius salua ero: tetigit, & sanitatem assecuta est.* Matth. 9.

Confidera quoque exemplum illius paralitici, qui ex sacro hoc fonte, copiosam aquam hausit, quando à Domino audiuit: *Confide fili, remittuntur tibi peccata* Ibidem.  
 tua: mox enim in corpore & anima sanatus & ab omnibus peccatorum suorum maculis ablutus fuit. Qua in re verificatum esse videmus illud Ezechielis: *Cum Cap. 36.*  
*sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamenti vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri.*

De secundo aquarum genere, inter varia & illustria illius exempla, considera illud S. Laurentij, qui in craticula tostus, tyrannum supplicia inferentem, his verbis irridebat: *Assatum est, iam versa & manduca.* Et illud S. Vincentij, qui carnificibus improperabat, quod minus potentes essent intorquendo, quam ipse virtute diuina subnixus,

Vulnera Christi sanctis præbent fortitudinem.



nixus, in supplicijs eorum perferendis. Idem cōsidera de multis alijs sanctis martyribus, virginibus, & confessoribus, qui ex hoc fonte, vberimas fortissimorum præsidiorum & auxiliorum aquas acceperunt ad toleranda immanissima tormenta, ad superandos carnis stimulos, ad perseuerandum summa cum voluptate in longissimis & asperrimis pœnitentijs.

De flumine Letheo fabulosa finxit antiquitas, cum qui inde biberet, omnium rerum præteritarum obliuisci, & qui in illo intinctus sit, illum adeò fortem & potentem fieri ad resistendum omnibus calibus occurrentibus, vt non modò non possit violenter occidi, sed ne quidem vulnerari. Verum illud quod fabulosè veteres de hoc flumine confinxerunt, nos verè possumus affirmare de flumine, quod è sanctissimis Christi vulneribus scaturit, ex quo quisquis bibit, aut in illo intingitur, adeò omnium aliarum rerum præteritarum vitæ obliuiscitur, & tam fortis redditur, vt nulla creaturarum memoria ei nocere, nec vis aliqua leuiter eum sauciari valeat.

Veruntamen qui ex aquis hisce bibere, & ab hostibus suis, videlicet, mundo, carne, & diabolo tutus esse desiderat, necessarium est, vt ad sacratissimos fontes vulne-



rum Christi accedat: quia uti sanctus Bernardus testatur; tanto erit securior, quanto ille ad saluandum potentior: *Reuera,* inquit ille, *vbi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? tanto illic habito securius, quanto ille potentior est ad saluandum: fremit mundus, fremit corpus, diabolus insidiatur, non cado; fundatus enim sum supra firmam petram. Cōfirmat hoc ipsum sanctus Augustinus his verbis: Christus extendit brachia sua in Cruce, & expandit manus suas paratus in amplexus peccatorum: inter brachia Saluatoris mei, & viuere volo & mori cupio: ibi securus decantabo: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.*

*Ser. n. 61. in Cant.*

*In Man. cap. 23.*

Ex quarto fonte qui est amoris, scaturiunt aquæ desideriorum amandi DEVM super omnia, illi seruiendi, & se vniendi; ad quas aquas bibendas Christus nos inuitat, cum ait: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Quod autem Christus his verbis nos inuitauerit ad hunc amoris fontem, Euangelista ibidem declarat dicens: *Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:* quia Spiritus sanctus aliud nihil est, quam ipse fons amoris, qui à nemine, nisi à credentibus in Christum accipi potest.

*Quartus fons amoris, aquas sanctorum desideriorum proferens. Ioan. 7.*

*Ibidem.*

Diuiduntur autem aquæ desideriorum  
quæ



quæ à sacro hoc riuo deriuantur in duos riuulos, quorum vnus est desiderium quo DEVS amatur propter semetipsum; alter est desiderium, quo proximus diligitur in DEO, vel propter DEVM. Riuulus amoris DEI nullum habet terminum neque modum, quia DEVS amandus est toto corde, tota anima, totis viribus. Quàm verò intensum debeat hoc esse desiderium, demonstrat Propheta Dauid his verbis: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEVS.* Et rursus: *Concupiscit et deficit anima mea in atriâ Domini.*

*Psal. 41.*

*Psal. 83.*

Riuulus amoris proximi habet terminum sibi præstitutum, quia is diligendus est, vt quisque amat semetipsum: Vnde S. Paulus Apostolus fonte hoc satiatus aiebat: *Desidero enim videre vos, vt aliquid gratiæ spiritualis impertiar vobis.* Et Christus ad discipulos: *Desiderio desideravi, hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.*

*Rom. 1.*

*Luc. 22.*

V.

In horto S. Crucis sunt balnea delicatissima.

QVINTO expende tecum, probabile videri iuxta nonnullorum sententiam, in Paradiso terrestri fuisse balnea quædam, quibus homines lauantur, vel ad corporum restorationem, vel ad solam oblectationem: At in Paradiso S. Crucis, essentia multò pretiosiora & delicatiora lauantia, quibus loti, non tantum mundantur



CONSIDERATIO VI. 339

niue candidiores reddimur: verumetiam in corpore & anima confortamur. Hæc sunt balnea illa, ad quæ Isaias Propheta nos inuitat dicens: *Lauamini, mundi estote, aufer- Isai. 1. te malum cogitationum vestrarum.* In his anima sancta se abluens, tam speciosa exiuit, vt ei à Sponso in Canticis dictum fuerit: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est Cant. 4. in te.* Ibidem quoque est probatica illa piscina, quam quisquis ægrorum ingressus fuerit, quacunq; etiam pressus infirmitate, pristinæ sanitati restituitur.

SEXTO considera, in terrestri paradiso VI. In horto S. Crucis est ipsa consolatio. multa fuisse gaudium homini ministrantia, nec non omnia solationum genera: in hoc vero spiritali paradiso esse consolationem, vel vt rectius dicam, ipsam consolationem Israel, id est, omnium fidelium; sic enim appellat Christum S. Lucas, qui referens S. Simeonem magno cum desiderio Messiam, qui populum Israeliticum redempturus erat, expectasse, ait: *Erat Luc. 2. expectans consolationem Israel.*

Hic est ille, qui propter suauitatem & spirituales delicias ab omnibus gentibus concupitus fuit: *Desideratus cunctis gentibus: Agg. 2. quique à sponsa in Canticis totus desiderabilis appellatur. Cant. 5.*

In eodem sanctæ Crucis horto ille est, qui naturam nostram donis suis reformat, luce



Lib. 2. ad  
Traismund.  
Reg.

lucē suā illuminat, & virtute suā corrobora-  
rat: *Inquirendus fuit*, inquit Fulgentius, lo-  
quens de Christo, *cuius esset humana natura  
formanda munere, reformanda lumine, cogi-  
manda virtute, ut aequalitas aeternā iustitiae  
impiam, veritas instrueret insciam, virtus  
maret inualidam.* Ibidem ille est, de quo

Psalm. 36.

scriptum est; *Delectare in Domino, & dabit  
tibi petitiones cordis tui.* Ibi denique Chri-  
stus Dominus est, qui ad maius gaudium  
& consolationem nostram, multis me-  
dis semetipsum totum in hac S. Cruce con-  
stitis ad fruendum donat: *Vide*, inquit fan-  
ctus Bernardus, *caput inclinatum ad oscula,  
brachia extensa ad amplexus, manus persona-  
tas ad largiendum, latus apertum ad diligen-  
dum, pedum affixionem ad nobiscum manen-  
dum, corporis extensionem, ad se totum nobis  
impendendum.*

In S. Cruce  
omne bo-  
num repe-  
ritur.

Operam da igitur Christiane Lector, ut  
spretā omni terrena consolatione, nullam  
aliam quæras, quā pati cum Christo, et  
que compati, nec unquam separari ab om-  
nino paradiso considerationis vul-  
nerum, & sacratissimæ Passionis eius: in  
quo, sicut idem sanctus Bernardus testatur,  
omnem thesaurum, omnes delicias,  
omne bonum inuenies: *Hæc*, inquit ille,  
*meditari dixi sapientiam, in his iustitia  
perfectionem consistit, in his plenitudinem*

Serm. 43. in  
Cant.



scientia, in his diuitias salutis, in his copias me-  
 ritorum. Ex his mihi interdum potus salutaris  
 amaritudinis, ex his rursus suavis vnctio con-  
 solationis. Hæc me erigunt in aduersis, in pro-  
 speis reprimunt, & inter lætatristiaque, vita  
 presentis via regia incedenti, tutum præbent  
 utrobique ducatum, hinc inde mala imminen-  
 tia propulsando. Hæc mihi conciliant mundi iu-  
 dicem.

AD EXTREMUM considera in ter-  
 restri Paradiso hominem propter rebel-  
 lionem à DEO fuisse maledictum, statu  
 innocentia, & omnibus honoribus & gra-  
 tijs, quas à DEO acceperat, spoliatum: Ho-  
 mo, cum in honore esset, non intellexit, compa-  
 ratus est iumentis insipientibus, & similis factus  
 est illis. In spiritali verò hoc Paradiso, ho-  
 mo fuit benedictus, & amicus, filius ac  
 templum DEI effectus; noua gratia, do-  
 nisque cælestibus multò pluribus & ex-  
 cellentioribus, quàm ante perdidit, ve-  
 stitus: Ibidem quoque discepta fuit sen-  
 tentia æternæ mortis in illum lata, & vita  
 multò felicior, gloriosior, & beatior ei re-  
 stituta.

Ex terrestri Paradiso homo fuit pro-  
 scriptus & eiectus, aditusque ad illum du-  
 cens, obfirmatus, & illius custodiæ Ange-  
 lus à DEO deputatus, qui gladio igneo  
 versatili omnes ab introitu illius arceret.

Mm

At in

VII.

In horto  
 Crucis ho-  
 mo fuit be-  
 neditus.

Psalm. 42.

Genes. 3.



Hortus sanctæ Crucis omnibus patet.

Ioan. 10.

At in Paradiso sanctæ Crucis, quinque inuæ patent, id est, quinque vulnera Christi, atque ipse Dominus Angelorum, omnes ad deliciosum hunc hortum intrandum inuitat, dicens: *Ego sum ostium, si quis per me introirit inueniet pascua.* Et ut nemo iustitiam & omnipotentiam illius contuat, manus & pedes Cruci habet conuatos, brachia expansa, omnibus aditum & securitatem ingrediendi præbens.

Genes. 3.

In horto S. Crucis homo fuit effectus cuius regni calor.

Luc. 22.

In terrestri Paradiso condemnatus fuit homo, ad seruiendum, & manducandum panem sudoris laborum suorum: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo:* At in spiritu hoc Paradiso, effectus est homo cuius regni cælestis, atque admissus ad sanctissimam illam mensam, in qua **DEVS** minister est: *Amen dico vobis, faciet illos discumbere, et transiens ministrabit eis:* datusque est illi gustandus panis Angelorum non in sudore laborum suorum, sed in sudore sanguinis Christi: nec non & alij cibi delicatissimi,

Psalms. 77.

quemadmodum Propheta inquit: *Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia.*